UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ Dicatvm

**Philippi, Henricus**

**Coloniae Agrippinae, 1637**

In Dvos Lib. Machabæorvm

urn:nbn:de:hbz:466:1-64340

Visual Library

# NOTÆ ET QVÆSTIONES CHRONOLOGICÆ, In duos Libros MACHABÆORVM.

## QVÆSTIO I.

### *Quomodo anni regni Græcorum in hiſce Libris recenſiti, cum æra Chriſti congruant.*

1\. HVGO in Librum primum Machabæorum cap. 1. Seleuco Nicanori & ſequentibus regibus Syriæ, vſque ad Antiochum, Epiphanem tot annos fere tribuit, quot ego aliàs eiſdem aſſigno: at nimis latè calculos extendit, quando æram regni Gręcorum accerſit ab obitu Alexandri Magni, cum is obierit annis 12. ante Epocham horum annorum, quos regni Græcorum appellamus, vt alibi declaratum.

2\. Victorinus Strigelius in Chronologia, quam præfigit Libris Machabæorum, annum 137. regni Græcorum coniungit cum anno ante Chriſtum natum 173. annum Græcorum 138. cum anno ante Chriſtum 172. atque in eundem planè modum de alijs annis philoſophatur, ita vt annus Græcorum 177. quo Simon Machabæus à ſuo genero peremptus eſt, comparetur cum anno 133. ante Chriſtum.

*Strigelij ſententia.*

3\. Vnde colligimus hunc auctorem, triennio ab æra Chriſti vſitata diſcrepare: ſiquidem vt in Computo Eccleſiaſtico & alibi probabam, æra regni Græcorum oritur annis 12. à morte Alexandri M. reuolutis, nempe anno ante Chriſtum 312. Quocirca ſi datus annus Græcorum tollatur de 313. relinquet annum ante Chriſti epocham, à quo trahit originem. Atqui annus 137. Græcorum à 313. ſubductus non relinquit 173. (quod facit calculatio Strigelij) ſed 176. Itaque annus 137. Græcorum oritur ab anno ante Chriſtum 176. Annus Græcorum 138. exordium capit ab anno ante Chriſti epocham 175. Annus denique 177. Græcorum profluit ab anno 136. prædictam Chriſti epocham antecedente: ac proinde Strigelius æram Chriſti communem tribus annis anteuertit.

*Strigelij calculus ærã Chriſti cõmunem 3. annis anteuertit.*



4\. Hinc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P. H. Philippi
Chronologia Vet: Testament
A IV
17 a



*Exordium regni Antiochi Epiphanis.*

4. Hinc colligere licet, Antiochum Epiphanem regnare cœpiſſe
ante Chriſti æram 176. quod Strigelius imputat anno ante Chriſtum
173. Sic Demetrij Soteris primordia bene refert ad annum Græcorum
ſed ei non aſſentior, dum ibi numerat annum ante Chriſtum natum
bitror enim Demetrium regno potitum anno ante Chriſti
Strigelius tamen 1. Mach. 1. ſuas rationes ad æram Chriſti rite accom
cum ait Alexandrum mortuum anno 1. Olymp. 114. annis ante Chriſtum

*Obitus Antiochi Epiphanis.*

5. Nec mihi arridet, quod Antiochi Epiphanis interitum,
Græcorum 148. cum initium Eupatoris differat in annum ſequentem
enim morte Iudæ Machabæi, & exordium Ionathæ in eundem annum
ijcit, ſcilicet 152. regni Græcorum: ita anno Græcorum 149. quo
tuus dicitur Antiochus Epiphanes, 1. Mach. 6. v. 16. Eupatore ſucced
modo necem Simonis Machabæi conſignat anno ante Chriſtum
ſucceſſionem vero Ioannis Hircani anno ſequenti. Ego Simonem
autumo, ſub finem anni 177. Græcorum, ex methodo libri primi
bæorum, fluente anno ante Chriſtum 135. quo Hircanus paternum
principatum.

*Dubiũ de ratione tẽporũ quæ aſſignãtur 1. & 2. Machab.*

6. Sed quæſtio grauior occurrit, quomodo ea, quæ de ratione
rum traduntur libro 2. Machabæorum, cum ijs, quæ libro 1. habentur
inter ſe conciliari? cum vno anno diſcrepare videantur. Nam libro
v. 16. *Antiochus Epiphanes* dicitur, *mortuus anno centeſimo quadrageſimo*
regni Græcorum: at verò lib. 2. cap. 11. ver. 33. epiſtola Antiochi Eupatoris
mortuo parenti ſucceſſerat, his verbis concluditur. *Valete: anno*
*drageſimo octauo, Xanthici menſis quinta decima die:* Ad hæc lib. 1. cap. 6.
pator ſcribitur, cum ingenti multitudine Iudæam inuaſiſſe, anno
quinquageſimo: liber autem ſecundus, refert ea contigiſſe, *anno*
*drageſimo nono*, cap. 13. v. 1. Denique liber primus cap. 7. v. 1. ſic habet
*quageſimo primo, exijt Demetrius ab vrbe Roma* &c. Liber ſecundus autem
refert ad *annum centeſimum quinquageſimum*, cap 14. v. 4.

*Initiũ anni Græcorũ iuxta 1. Mach.*

7. Vt hic nodus ſoluatur, *aduertendum primò*, in libro priore Mach
los annos regni Græcorum à menſe Niſan exoriri: ſiquidem anno
(quo Demetrius Roma profugit) Nicanor victus & occiſus eſt
tertia menſis Adar, vt diſertè exprimitur lib. 1. cap. 7. 43.
Alcimus à Demetrio in Iudæam miſſi, *in menſe primo anni centeſimi*
*mi ſecundi applicuerunt exercitum ad Ieruſalem*, lib. 1. cap. 9. verſ. 1. & 3.
menſis primus omnium iudicio, eſt ille qui Iudæis Niſan appellatur
nim menſis Sabat dicitur vndecimus, lib. 1. cap. 16. v. 14. Ergo
ſan, facta eſt anni mutatio, ita vt menſe Adar, anni 151. Nicanor

menſe autem Niſan proximè ſequenti, qui primus erat in anno ſacro, numerari cœperit annus 152.

8. Simili ratione, *anno centeſimo ſexageſimo, aſcendit Alexander Antiochi filius, qui cognominatur Nobilis, & occupauit Ptolemaidam.* 1. Machab. 10. v. 1. Atqui eodem anno annuente eodem Alexandro, *induit ſe Ionathas ſtola ſancta, ſeptimo menſe anno centeſimo ſexageſimo, in die ſollemni Scenopegiæ*, ibid. verſ. 21. Ergo menſe Tiſri adueniẽte, nouus annus ſtylo libri primi, non eſt ortus: ſed adhuc fluebat annus 160. qui ab antecedente Niſan proceſſerat.

9. Poſtremo Ionathas à Tryphone occiſus eſt hyeme, quando erat *nix multa valde*. 1. Mach. 13. v. 22. & 23. tum anno 170. cœpit populus numerare annum primum Simonis, quo geſta ſunt ea, quæ ib. à verſu 43. referuntur: menſe autem Iiar ſequenti, auctor libri primi computat annum 171. regni Græcorum, vti illo cap. 13. narratur ver. 51. *Et intrauerunt in eam* (arcem Ieroſolymitanam) *tertia & vigeſima die, ſecundi menſis, anno centeſimo ſeptuageſimo primo.* Itaque menſis Niſan nouum annum regni Græcorum aperiebat, iuxta ſupputationem auctoris libri primi Machabæorum, vt clarius apparet exemplis num. 7. & 8. iam relatis.

10. *Aduertendum ſecundò.* ab auctore libri poſterioris Machabæorum, annos Græcorum à menſe ſeptimo, (aut ſaltem ab autumno) inchoari, nimirum ſex menſibus tardius, quam in libro priore autentico ſupputentur. Quo fit, vt illa, quæ ab initio primi menſis vſque ad finem ſexti geſta ſunt, & liber prior, v.g. ad annum 150. refert; auctor libri poſterioris anno 149. adſcribat: à menſe verò Tiſri incluſiuè, vſque ad ſequentem Niſan excluſiuè, vnus idemque ſit, annorum computus in vtriuſque Libri Machabæorum auctoribus. Eodem modo annum illum 149. quo Eupator venit & obſedit Ieroſolymam 2. Mach. 13. v. 1. auctor iſtius libri inchoabat à menſe Tiſri anno ante Chriſtum 164. & vſque ad autumnum anni 163. porrigebat, ita vt pari paſſu, annus ſabbaticus, & 149. regni Græcorum procederent ex computatione lib. 2. At verò auctor libri primi, ſex menſibus citius incipiebat annum illum 149. Itaque æſtate anni ante Chriſtum 163. liber primus numerabat annum 150. regni Græcorum à menſe Niſan inchoatum: liber autem ſecundus tota illa æſtate in anno 149. perſiſtebat, & autumno demum adueniente ad annum 150. gradum fecit. Neque verò mirum cuipiam videatur, quod vnus idemque annus diuerſa quandoque habeat exordia: nam Indictiones olim ſtylo Cæſareo à die 24. Septembris; Stylo autem Pontificio à ſequenti Ianuario initium ſumebant. Iudæi annos Chriſti accerſunt ab autumno; nos autem Chriſtiani à Ianuario ſequenti auſpicamur. Ex. ca. Iudæi currente anno Domini 1635. (vt nos computamus) die 13. Septembris Gregoriani nouum annum aperiunt,

*Initiũ anni Græcorũ iuxta auctorem 2. Machab.*

*Vni eidẽq; anno diuerſa nonnunquam conueniũt exordia.*

P.
H. Philippi

Chronologia
Vet: Testament

A IV
17a



quem ipſi 1636. æræ Chriſtianorum, ſiue fidei Nazaræorum

*Peculiaris difficultas.*

11. Eſt tamen peculiaris difficultas, de anno illo 148. qu
ſtola regis Eupatoris ad Iudæos, 2. Mach. 11. v. 33. & epiſtola Roman
eoſdem v. 38. Etenim annus Græcorum 149. quo Antiochum Ep
terijſſe ſcribit ſacer auctor libri primi Machabæorum inijt menſe Niſan
ante Chriſtum 164. quomodo igitur die 15. menſis Xanthici, qu
aberat à menſe Niſan Eupator poſt ſui parentis interitum,
ſcripſerit ad Iudæos? Imò ex cap. 6. libri primi, iſtæ literæ datæ viden
nem anni ſabbatici, labente anno ante Chriſtum 163. quo ortus
corum 150. Siquidem copiæ Eupatoris in Iudæam graſſatæ fuerant
cem illam anno iſto 148. ab Eupatore confirmatam.

12. Reſpondebunt fortè nonnulli æram regni Græcorum
anno ante Chriſti epocham 311. ac proinde annum 148. regni Græ
ijſſe anno ante Chriſtum 163. & exijſſe poſt datas ab Eupatore litera
Iudæos. Verùm alibi probatum eſt, æram regni Græcorum comm
tatione, ab anno 312. ante vulgarem Chriſti epocham prodire,
exempla ſuis locis propoſita demonſtrant.

13. Nonnulli, vt Keplerus epocham regni Græcorum vno anno
nunt epochæ Seleucidarum, & aſſerunt literas Eupatoris, ac Roman
bro 2. Mach. relatas, notari anno Seleucidûm 148. non contractum
gni Græcorum. Verum hæc pro arbitrio excogitata ſunt, & falſo
fundamento, quod nimirum vna duntaxat vice Eupator cum Iudæis
inierit, & quidem anno ſabbatico 14. Alij vt Serarius & Torniellus,
tur æram Græcorum, & Seleucidarum eſſe vnam eandemque: non
bique ab eodem principio deductam, ſed communi ſupputatione
citius inchoari, quàm apud Syros & Chaldæos. Equidem non abnuo,
eandemque æram à diuerſis quandoque principijs deduci. Nam æra
conditæ Capitolina vno anno ſequitur computationem Varronianam.
Monarchiæ Græcorum nunc à 330. nunc à 331. anno ante Chriſtum
ſolet. Æra Monarchiæ Romanorum, modo à morte Antonij & Cleop
modò ab Actiaca victoria anno præcedenti parta deducitur: hoc tamen
non exiſtimo id aſſerendum eſſe. Nam inter Eupatorem & Iudæos pax
ſancita fuit anno Græcorum 148. ac rurſus 149. aut fortè ineunte
bri 2. Machabæorum, vt bene aduertit Petauius lib. 10. c. 43. De priori
gitur lib. 2. cap. 11. de poſteriori lib. 1. c. 7. v. 55. vſque ad 61. & lib. 2. c.

*Lyſias & Eupator pacem cũ Iudæis diuerſis tẽporibus compoſuerunt.*

15. Quod autem Lyſias & Eupator cum Iudæis pacem diuerſis
ribus compoſuerint docent Petauius, l. c. Serarius cap. 11. ſub finem,
rionide lib. 3. cap. 14. & 20. Quod ipſum varijs è S. Scripturæ indicijs

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hendimus. *Primo*, ante pacem prius factam Lyſias Iudæam inuaſerat, *congregatis octoginta millibus & equitatu vniuerſo*. 2. Machab, 11. v. 2. *Secundo*, ante eandem pacem Iudæi *irruentes in hoſtes proſtrauerunt ex eis, vndecim millia peditum, & equitum mille ſexcentos*. ib. v. 11. *Tertiò*; cauſa huius pacis ſanciendæ indicatur verſ. 13. Lyſias enim iſta clade commotus, *& intelligens inuictos eſſe Iudæos, omnipotentis Dei auxilio nitentes* pacem & regis amicitiam obtulit illis. *Quarto*, tunc Eupator aberat à caſtris, quibus Iudæi infeſtabantur, vt indicat verſiculus 22. vbi deſcribitur epiſtola regis Eupatoris ad Lyſiam, & *his factis pactionibus, Lyſias pergebat ad Regem*. cap. 12. v. 1. *Iudæi* verò *agriculturæ operam dabant*. At verò ante pacem altera vice conciliatam, *inprimis*, non ſolus Lyſias, ſed etiam rex Eupator ſuſcepit expeditionem in Iudæos, vt patet ex 1. Mach. 6. ſecum habens *centum millia peditum, & viginti millia equitum* &c. v. 30. idque *anno centeſimo quinquageſimo epochæ prioris libri*, v. 20. epochæ verò poſterioris *centeſimo quadrageſimo nono*. 2. Mach. 13. v. 1. *Secundo*, ante eandem pacem, Rex è ſuo exercitu amiſit ſexcentos viros, li. 1. c. 6. v. 42. & alia vice quatuor millia cum maximo elephantorum numero, li. 2. c. 13. v. 15. ac tandem *commiſit cum Iuda, ſuperatus eſt*. ib. v. 23. *Tertio*, cauſa cum Iudæis paciſcendi Eupatori fuit, quod *cognouiſſet rebellaſſe Philippum Antiochiæ*, vt illo v. 23. narratur. *Quarto*, rex Eupator præſens aderat, vt ex locis iam recenſitis conſtat, qui hac pace conſtituta, periurus Ieroſolymis diſceſſit feſtinanter, & reuerſus eſt Antiochiam &c. 1. Mach 6. ver. 63. Denique prior pax facta & confirmata fuit Xanthico menſe. 2. Mach. 11. ver. 33. qui non multum ab Niſan, vel Iiar diſtabat: poſterior autem inita eſt, remotiùs ab anni ſacri exordio, quandoquidem anno prioris æræ 150. à Niſan iam inchoato Iudas arcem Ieruſalem obſedit. 1. Mach. 6. v. 20. cuius rei nuncium cum Eupator accepiſſet, collegit copias etiam *de regnis alijs & de inſulis maritimis*, caſque per Idumæam duxit ad Bethſuram, & pugnauerunt dies multos. ver. 29. & 31. Quam ad rem ſpectat illud lib. 2. cap. 13. v. 18. *ſed rex accepto guſtu audaciæ Iudæorum, arte difficultatem locorum tentabat, & Bethſuræ, quæ erat præſidium Iudæorum munitum caſtra admouebat, ſed fugabatur, impingebat, minorabatur. His autem qui intus erant Iudas neceſſaria mittebat*. Ex quibus intelligimus, haud exiguum temporis ſpatium ad Bethſuram fuiſſe decurſum. Qua tandem per deditionem accepta, Eupator mouit ad montem Sion, vbi ipſe & Iudæi *pugnarunt dies multos*, lib. 1. cap. 6. v. 52. Hæc itaque ſpectant non ad eam pacem quæ confirmata eſt menſis Xanthici die decima quinta, anno Græcorum 148. poſterioris computationis, antequam iniret annus ſabbaticus; ſed ad aliam quæ facta eſt anno ſequenti Iuliano, adulta iam vel finita æſtate anni ante Chr. 163. currente anno Græcorum 150. ex calculatione libri prioris, deſinente vel exacto ſabbatico Iudæorum, & centeſimo quadrageſimo nono æræ poſterioris.

P. H. Philippi
Chronologia Vet: Testament
A IV 17a



*In litteris Rom. & Eupatoris 2. Mach. non ſunt intelligẽdi anni æræ Dionyſij Mathematici.*

16. Nec eſt quod arbitreris, in epiſtolis Romanorum & Eupato
Mach. intelligendos eſſe annos æræ Dionyſij Mathematici, quos
ſecundum Chaldæos nominant. Hæc enim æra apud Ptolemæum
Idibus Octobris anno ante Chriſtum 311. hæ vero epiſtolæ ſcriptæ
ante Chriſti epocham 164. circa Aprilem, antequam annus 148.
proximè ſequenti aperiretur.

*Cur alij in his rationibus hallucinentur*

17. *Aduertendum* hic *vltimo*, à nonnullis, vt Torniello & Saliano
annnorum regni Græcorum, Sabbaticorum, non fuiſſe legitimo
conſtitutas: ac proinde mirum non eſſe, quod in rationibus, quæ ad Ma
bæos pertinent, hallucinentur. Vide Petauium lib. 10. cap. 43. com
Scaligerum eruditè diſputantem. Et hanc quidem, quæſtionem
delibamus, accommodatè ad communem SS. Patrum & Concil.
putationem: quia tamen in hiſce libris peculiares occurrebant diffi
eas hic potius, quam alibi exhauriendas eſſe putaui,

## QVÆSTIO II.

## *Quanam ratione, dies & menſes Hebræi hiſce li notati, ad dies & menſes Romanos ſtylo Iu liano reuocentur.*

*Quis fuerit primus menſis Hebræis*

1. QVorundam opinio eſt, Hebræis olim eum menſem fuiſſe pri
cuius luna decima quarta propius ad æquinoctium vernum
bat; ſiue hæc luna 14. ante, ſiue poſt æquinoctium affulſiſſet.
lo ſequi methodum apud Iudæos à multis retro ſæculis vſitatam,
Machabæorum temporibus accommodare, ita vt menſium ille primus
ſeatur, cuius luna 14. vel in ipſum æquinoctij verni diem incurrit, vel
ſubſequitur, morali per cyclos ſupputatione ex Romano Calendario
ſumpta,

2. Annis porrò centum æram Chriſti immediate præcedentibus, Calen
darium Iulianum, biduo formam Gregorianam præuertebat, ab anno
101. vſque ad 201. diaſtema Calendariorum erat trium dierũ, vt
Eccl, cap. 11. Cum igitur ex inſtitutione Gregoriana æquinoctium ad
tij fixum ſit; idem æquinoctium fluente centuria annorum qui ab anno
vſque ad 101. Chriſti epocham antecedebant, ad 24. eiuſdem Martij
uocari poteſt. Quo poſito, epacta cuiuslibet anni in Calendario
die 11. Martij, vſque ad 8. Aprilis incluſiuè, non procul ab initio menſis
abfuerit. v. gr. Epacta 24. quando erat in vſu indicabat Neomeniam
cidere in vel circa diem 5. Aprilis. Epacta 23, circa 6. eiuſdem: epacta

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſeptimam, ſubaudi annis 100. æram Chriſti antecedentibus ab anno 201. vſque 101. Fateor tamen hanc rationem non eſſe tam certam, quin vno, alteroue die, ab initijs menſium diſtare poſſint epactæ: *ſed mihi ſic vſus eſt; tibi vt opus facto, face.* Certius initia menſium Iudaicorum non attingunt, qui ad calculos Aſtronomicos Hebræorum Neomenias rigida computatione volunt reuocare: tum quia tempore Machabæorum cyclis vtebantur Iudæi, tum quia dubium eſt, vtrum tunc menſis primus, tertius, quintus, &c. pleni fuerint, an caui: tum quia fortè non eodem modo tunc Iudæi vtebantur menſe embolymo, quo iam vtimur. Nam v.g. anno Dom. 1636. illi Paſcha celebrarunt 20. Aprilis Gregoriani; nos 23. Martij.

3. Qua ratione, dato certo aliquo anno regni Græcorum, inueniatur annus ante Chriſtum illi congruens, quæſt. præcedenti, declaratum eſt: ſi nimirum annus ille Græcorum ſubtrahatur à 313. Habito anno ante Chriſtum, quæratur aureus numerus ſiue cyclus Lunæ iſti anno conueniens, idque beneficio tabellæ cycli Lunæ, quæ tradita eſt comp. Eccl. cap. 2. tum in ſequenti laterculo epacta legitima ſub cyclo Lunæ comparebit. Quandocunque enim intra 312. annos ante æram Chriſti currit cyclus Lunæ 1. epacta eſt 6. currente cyclo Lunæ 2. epacta eſt 17. & ſic de cæteris, vt hic notatum vides.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *Aureus Num.* | 1. 2. | 3. 4. | 5. 6. | 7. 8. | 9. 10. | 11. 12. | 13. 14. |
| *Epacta* | 6. 17. | 28. 9. | 20. 1. | 12. 23. | 4. 15. | 26. 7. | 18. 29. |
| *Aureus Num.* | 15. 16. | 17. 18. | 19. | | | | |
| *Epactæ.* | 10. 21. | 2. 13. | 24. | | | | |

4. Ferias hebdomadarias deprehendes ex tabella cycli Solis, in Comp. cap. 3. explicata. Epactas verò ex Aureo numero elicueris, eo artificio quod eſt traditum in eodem. cap. 9. & Tract. de Olympiad. q. 9. Si mora breuiore epactas venari cupis, aſſume tabellas ad finem libri Nehemiæ adiectas, quæ abſque aurei numeri ſubſidio, epactas vltra 4000. annorum ante æram Chriſti repræſentant. Denique ſi placuerit, aſpice tabulam ſequentem, quæ accuratè ſubjicit oculis cyclos Solis & Lunæ, literaſque Dominicales & Epactas, ab anno Græcorum 145. vſque ad 179. incluſiuè: anni verò ſacri initium ciuili duntaxat calculo ponit, v.g. annus regni Græcorum 145. ex ſupputatione lib. 1. Machab. inijt ad principium menſis Niſan, anno ante Chr. 168. quo ſine vlla dubitatione currebat cyclus Lunæ 5. Solis 10. lit. Dom. b. probabili autem doctrina Epacta erat 20. quæ indicat caput anni ſacri, ſiue initium Niſan tunc incidiſſe in vel prope diem 11. Martij, ſi forma anni Iuliani ad ea tem-

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17a



pora reflectatur, niſi forte in ſequentem menſem diſtulerint vtin...
cebam.

5. Pari modo, nullum penitus dubium eſt, quin anno ante Chr...
rit cyclus Lunæ 6. Solis 11. lit. Dom. A. quando Epacta 1. commodè...
bat annum ſacrum aperiri circiter 30. Martij ſequentium annorum, qu...
bula ſequenti continentur, eadem penitus eſt ratio.

| *Regni Græcor.* | *Ante Chr.* | *Cycli Lunæ.* | *Epactæ.* | *Cycli Solis.* | *Literæ Dominic.* | *Caput anni ſacri cota...* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 145 | 168 | 5 | 20 | 10 | b | 11. Martij. |
| 146 | 167 | 6 | 1 | 11 | A | 30. Mart. |
| 147 | 166 | 7 | 12 | 12 | g | 19. Mart. |
| 148 | 165 | 8 | 23 | 13 | f e | 6. Aprilis. |
| 149 | 164 | 9 | 4 | 14 | d | 27. Mart. |
| 150 | 163 | 10 | 15 | 15 | c | 16. Mart. |
| 151 | 162 | 11 | 26 | 16 | b | 4. April. |
| 152 | 161 | 12 | 7 | 17 | A g | 24. Mart. |
| 153 | 160 | 13 | 18 | 18 | f | 13. Mart. |
| 154 | 159 | 14 | 29 | 19 | e | 1. April. |
| 155 | 158 | 15 | 10 | 20 | d | 21. Mart. |
| 156 | 157 | 16 | 21 | 21 | c b | 8. Apr. |
| 157 | 156 | 17 | 2 | 22 | A | 29. Mart. |
| 158 | 155 | 18 | 13 | 23 | g | 18. Mart. |
| 159 | 154 | 19 | 24 | 24 | f | 9. April. |
| 160 | 153 | 1 | 6 | 25 | e d | 25. Mart. |
| 161 | 152 | 2 | 17 | 26 | c | 14. Mart. |
| 162 | 151 | 3 | 28 | 27 | b | 2. April. |
| 163 | 150 | 4 | 9 | 28 | A | 22. Mart. |
| 164 | 149 | 5 | 20 | 1 | g f | 11. Mart. |
| 165 | 148 | 6 | 1 | 2 | e | 30. Mart. |

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

| Regni Græcor. | Ante Chr. | Cycli Lunæ. | Epactæ. | Cycli Solis. | Literæ Dominic. | Caput anni ſacri circa |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 166 | 147 | 7 | 12 | 3 | d | 19. Mart. |
| 167 | 146 | 8 | 23 | 4 | c | 6. April. |
| 168 | 145 | 9 | 4 | 5 | b A | 27. Mart. |
| 169 | 144 | 10 | 15 | 6 | g | 16. Mart. |
| 170 | 143 | 11 | 26 | 7 | f | 4. April. |
| 171 | 142 | 12 | 7 | 8 | e | 24. Mart. |
| 172 | 141 | 13 | 18 | 9 | d c | 13. Mart. |
| 173 | 140 | 14 | 29 | 10 | b | 1. April. |
| 174 | 139 | 15 | 10 | 11 | a | 21. Mart. |
| 175 | 138 | 16 | 21 | 12 | g | 5. April. |
| 176 | 137 | 17 | 2 | 13 | f e | 29. Mart. |
| 177 | 136 | 18 | 13 | 14 | d | 18. Mart. |
| 178 | 135 | 19 | 24 | 15 | c | 9. April. |
| 179 | 134 | 1 | 6 | 16 | b | 25. Mart. |

*Hac Tabella ſpectat ad q. 2. in libros Machabaorum.*

## QVÆSTIO III.

## *De ſucceſſione regum Ægypti, à morte Alexandri M. vſque ad interitum Cleopatræ.*

1. PTolemæus Lagi F. quadraginta annos ſibi vendicat, ex ſentẽtia Euſebij, Iulij Tolet. Nicephori Conſt. Freculphi, Adonis, Bedæ, Mariani Scoti, Chronici Alexand. Vincentij, Honorij, Schaffnaburgenſis, Gordoni, Cornelij, Petauij : quibus aſſentitur Funccius. At verò Ptolemæus in Canone ei ſolum 29. adſcribit: quem ſequitur Torniellus. Ex ſententia Saliani, ad annum mund. 3730. numer. 39. primus annus Ptolemæi magna ex parte, cum vltimo Alexandri Magni concurrit, & poſtremus incidit in primum Philadelphi, ac proinde dici poteſt, & 40. & 38. annos AEgyptijs *Ptolem. Lagi F. quot annos ſibi vendicet.*


præ-

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testament
A IV
17ª



præfuiſſe, computatis ſcilicet vel excluſis extremis. Hi anni à morte Alex
putantur, quamuis Ptolemæus Lagi non niſi 17. circiter annis poſt
Alexandri regios ſibi titulos adſciuerit. Vnde patet eos ſolido funda
carere, qui volunt omnes æras ab eo præciſè anno erigere, quo geſtum
*Non ab eo præciſe anno erigendæ ſunt æræ, quo res geſta eſt quæ æræ nomen dedit.*
lud, quod æręcuilibet nomen dedit. v.g. qui volunt Chriſtum natum
primo vulgaris æræ Chriſtianæ. Sic æra Seleucidarum vſitata, e
ſupputatione, profluit ab anno ante Chriſtum 312. & dicitur etiam
Alexandri, licet anno illo, neque mortuus ſit Alexander, neque fort
cus ſibi regium nomen adſciuerit. Omnibus autem conſideratis
Alexandri, vſque ad obitum Ptolemæi Lagidæ annos 40. enumero,
anno ante Chriſtum 324. vſque ad 284.

*Tempus regni Ptolemæi Philadelphi.*
2. Ptolemæus Philadelphus rex II. Ægypti, annos 38. regnaſſe
Ptolemæo & alijs auctoribus iam recenſitis, excepto Tomiello, qu
illi 39. cuius rationibus ſubſcribere videtur Salianus dum anno
Chriſti 285. ſignat mortem Ptolemęi Lagidę, & anno ante eandem
ait mortuo Philadelpho ſucceſſiſſe Euergetem. Addit Funccius Phila
phum duos annos regnaſſe cum parente, tum 36. vniuerſe 38. idque
ctoritate Iuſtini & Oroſij, qui ſcribunt hunc regem à ſuo patre con
magno Ægyptiorum applauſu, & Ptolemæi obſeruatione lib. 10. cap.
annum 13. Philadelphi, parem facit quadringenteſimo ſeptuageſimo
Nabonaſſari.

3. Philadelphum cum patre regnaſſe, fidem abunde facit auctor
de re conſenſus: at verò ſi Ptolemæo Lagi 40. annos imputemus,
remanebunt Philadelpho. Illa autem obſeruatio Timocharidis apud
mæum, qua Venus anno 13. Philadelphi, die 17. Meſſori, ſequente
to Virginis gradu, ſcrup. 10. eſt deprehenſa; illa, inquam, obſeruatio
indicat, quam annum 13. Philadelphi concurriſſe cum anno ante Chr
quo die 12. Octobris Venus illam Zodiaci partem decurrebat. Huic
te Chriſtum 272. ſi 12. præcedentes annos Philadelphi addideris,
lius imperij exordium anno ante ęram Chriſti 284. vel fortè prę
*Diuiſio temporis pro vtroque Rege.*
ut annus 13. Philadelphi, vel inierit, vel exierit, cum illo anno 27
Petauius 4. Rationarij 18. Ego ne longior ſim, ex æquo & bono
Lagidę tribuo annos 40. tum eo mortuo 124. Olymp. anno 1.
eſſe Philadelpho 37. Chronologic. quibus parenti ſuperſtes fuit.
annorum initium ad annum ante Chriſtum 284. finem ad 247.

*3. Anni regni Ptolemæi Euergetis.*
4. Philadelpho ſucceſſit Ptolemæus Euergetes à Lagida tertius
gypti, cuius regno Ptolemæus, Nicephorus Conſtan. & Sethus
pertiunt, ego cum Saliano, Petauio, & reliquis auctoribus initio

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtionis relatis, enumero 26. eoſque auſpicor ab anno ante Chriſtum 247. & vſque ad 221. deduco. Intra quod ſpatium annorum, ea contigerunt, quæ de Euergete per Danielem prædicta fuerant.

5. Inter reges Ægypti quarto loco Euergetem excepit ſuus filius Ptol. Philopator, ſiue Eupator, per annos 17. Ita omnes iam laudati. Eſt error apud Caluiſium ad annum mun. 3729. vbi 9. tantum anni Philopatori tribuuntur. Eius enthroniſmum refero ad annum ante Chriſti æram 221. obitum ad 204.

*4. Iſt Ptol. Philopatoris ſeu Eupatoris.*

6. Quintus regum in Ægypto fuit Ptolemæus Epiphanes, cui plerique auctores 24. annos adſcribunt. Torniellus Petauius, Temporarius, Capellus, arbitrantur vltimum non fuiſſe Chronologicum, quam ſupputationem ſequor, & Epiphanem imperaſſe autumo, ab anno ante Chriſtum 204. vſque ad 181.

*5. Rex Aegypt. Ptolemæus Epiphanes quot annis regnarit.*

7. Sextus à morte Alexandri, rex in AEgypto fuit Ptolemæus Philometor annos 35. omnium prædictorum auctorum calculis excepto Saliano, qui 34. ei tribuit. Hos 35. annos deriuo ab anno ante Chriſtum 181. vſque ad 146. Ptolemæus lib. 6. cap. 5. narrat eclipſin lunarem fuiſſe anno 7. Philometoris, Nabonaſſari 574. die 27. Phamenoth, ſequente 18. nempe anno ante Chriſtum 174. nocte, quæ inter vltimam Aprilis & primam Maij interceſſit. Quod ad noſtram Chronologiam apprimè quadrat: eam verò infallibili veritate confirmat liber 1. Mach. cap. 11. v. 18. & 19. vbi Philometor rex Ægypti & Alexander Syriæ eodem tempore mortui dicuntur, & Alexandro ſucceſſiſſe Demetrius anno 167. regni Græcorum, hoc eſt, ante æram Chriſti 146. Nec eſt dubium, quin Phyſcon Philometori abſque interregno ſucceſſerit. Itaque anno illo ante Chr. 146. regnandi & viuendi finem fecit Philometor, & Phyſcon regnare cœpit.

*6. Ptol. Philom.*

8. Septimus in hac ſerie fuit frater Philometoris Euergetes II. cognomento Phyſcon, annis 29. omnium prænominatorum ſuffragijs, niſi quod codex Adonis 28. duntaxat expreſſerit. Regnat itaque ab anno ante Chr. 146. vſque ad 117. Quare non aſſentior Saliano, qui ad annum m. 3909. primordia regni Phyſconis differt ad annum ante communem æram Chriſti 145. ratus iſto anno inijſſe centeſimum ſexageſimum ſeptimum Græcorum, ſed cum Torniello deceptus ex eo, quod putauerint æram regni Græcorum cœpiſſe anno ante Chriſti epocham 311. re autem vera cœpit 312. Vide ſupra quæſt. 1. num. 17.

*7. Euergetes II. cognomento Phyſcon.*

9. Octauum inter hoſce reges locum habuit Ptolemæus Lathurus ſiue Lathyrius, Phyſconis filius annos 17. omnium teſtimonio, ſi Nicephorum Conſtan. excipias, qui ſolum ei 16. annos & 6. menſes enumerat, & Ptolemæum, qui in Canone Phyſconi ſubrogat Soterem, eique 36. annos imper-

*8. Ptol. Lathurus ſiue Lathyrius.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testament
A IV
17a



tit. Huius Lathuri imperio initium dedit annus ante Christi ...

*9. Ptol. Alexand.* 9. Nonus à Lagide princeps Lathuro ſubrogatur Ptolemæus Alex...
Lathuri frater, annis 10. Ita habent omnium ante memoratorum ...
præterquam Vincentij, qui octo duntaxat annos ponit, & Ptolem...
iam dicebam hunc regem tacitus præterit. Addit Salianus ad an...
id regnum nihil habere certum, ſemel & iterum repetitum & reſtitut...
Ego calculis communioribus vtor, & hoc decennium Alexandri, ab an...
te Chr. 100. vſque ad 90. extendo.

*Lathurus reuocatus ad regnũ.* 11. Lathurus qui Cypro exulabat, ad regnum reuocatus, ...
per ſeptennium, vt putat Gordonus, ſed ex communi ſententia ...
completum, ita vt annum 9. delibauerit, ex Adonis computatione, ...
anno ante Chr. 90. vſque ad 81.

*Ptol. Auletes.* 12. Lathuro Ptolemæus Auletes per annos 30. ſubſtituitur ab ...
Iuliano, Nicephoro, Freculpho, Adone, Beda, Mariano, Faſtis Sic...
centio, Schafnaburgenſi, Honorio, Gordono, Torniello, Saliano &c. ...
mæi verò Canon, quem ſequitur Caluiſius, vndetriginta ſolum ...
& hunc regem Dionyſium vocat Epiphanius 31. ſupputat. Ne ...

*Tempus ab obitu Lathuri vſq; ad regnũ Cleopatræ.* calculos præcipitemus, eorum in primis rationes probo, qui ab obitu ...
thuri, vſque ad regnum Cleopatræ annos 30. computant. Vtrum ...
ni Auletæ hoc 30. annorum interuallum debeatur nec ne; paulo ...
quiretur. In hac controuerſia, nihil me Ptolemæi mouet auctoritas; ...
nim eius calculi cum æra Nabonaſſari apprimè congruant; ...
niſmis tamen regum quos recenſet, quandoque diſſidere ſolent, ...
notabam.

*Tempus Cleopatræ.* 13. Cleopatra, partim cum fratre ſuo Dionyſio, partem ſola, ad ...
regni, ex communi ſententia peruenit ab anno ſcilicet ante Christum ...
quo ipſa & Antonius interierunt, vt mox patebit.

*Annus mortis Cleopatræ.* 14. Vt autem rationes iſtæ accuratius digerantur, *aduertendum primò* ...
patram vita defunctam anno 16. Iuliano, ante Chriſtum 30. Octauio ...
Licinio Craſſo Coſſ. quibus inijt annus Vrbis 724. & 3. Olympiad. ...
morte Alexandri Magni effluxiſſent an. 294. quos ſi ad annum 30. ...
ſtum addideris exurget annus 324. obitu Alexandri nobilitatus. ...
mæus vltimum annum Cleopatræ parem facit anno 494 à morte Alex...
quem ad numerum ſi 324. acceſſerint, conſiet annus 718. Nabonaſſari ...
que vltimus Cleopatræ, ex Ptolemæi Canone, aliorumque ratiocini...

*Caluiſii error.* 15. *Aduertendum ſecundò*, Caluiſium ſibi non conſtare, dum ...
Chriſtum, vt ipſe numerat 28. ſcribit Lagidas in Ægypto regnaſſe ...
Fatetur enim illo anno 28, Cleopatram viuere deſiſſe. Vnde ſi ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſuperiora tempora reuocauit illos annos 294. ad annum ante Chriſtum 323. perueniet: ſin autem incluſiuè eos annos numerauerit, pertinget ad ann. ante Chriſtum 322. cùm tamen diſertè aſſerat Alexandrum extinctum anno ante Chriſtum 321. cyclo Solis 23. Lunæ 2. qui ſunt characteres anni ante vulgarem æram Chriſti 323. Vno igitur anno tardiùs obitum Alexandri, quàm oportebat, vt ſuo loco probatum eſt, tum aliunde, tum ex Cenſorino, cuius calculos admittit Caluiſius. Habet enim Cenſorinus anno Iuliano 283. hoc eſt, æræ Chriſti 238. iniiſſe annum à morte Alexandri 562.

16. *Aduertendum tertiò*, illam multorum ſupputationem, qua Lathuro proximè ſubrogatur Auletes, non eſſe accuratam, vt cum Paulo & Aldo Manut. eruditè docet Petauius libr. 10. cap. 46. Nam teſte Appiano de bell. ciuil. lib. 1. Sylla anno ſuum & Metelli conſulatum præcedente, Alexandrum Alexandri filium AEgypto, quæ tunc carebat principe regem dedit, quem 19. poſt die, Alexandrini peremerunt. Sylla autem & Metellus Conſulatum geſſerunt anno Vrbis 674. Igitur anno Vrbis 673. Lathuro mortuo Alexander Alexandri 19. diebus ſucceſſerat. Is erat annus ante æram Chriſti 81. Rege iſto miſerè ſublato, non confeſtim Auletes in regio throno reſedit, vt docent auctores prænominati ex Suetonio, in Iulio cap. 11. vbi tradit Cæſarem cum AEdilis eſſet, tentaſſe per partem Tribunorum, vt ſibi AEgyptus Plebiſcito daretur, nactum extraordinarij imperij occaſionem, quod Alexandrini regem ſuum, ſocium atque amicum à Senatu appellatum expulerant, reſque vulgo improbabatur. Rex iſte non erat Auletes, quia Cæſar AEdilis fuit Aurelio Cotta, & Manlio Torquato Coſſ. anno Vrbis 689. ante Chriſtum 65. At vero Auletes anno demum Vrbis 697. ante Chr. 57. Lentulo & Metello Coſſ. Romam venit profugus. Ille igitur, quem Cæſar volebat reſtituere non fuit Auletes, ſed alius qui inter Alexandrum 19. dierum regem, & Auletem obtinuerat principatum, ad quem Tullius alludere videtur ſe & Antonio Coſſ. anno Vrbis 691. ante Chriſtum 63. orat. 1. & 2. contra Rullum de Lege Agraria vbi meminit regis cuiuſdam, qui Alexandriam, atque adeo totam AEgyptum Romanis teſtamento legaſſe ferebatur. Id de Aulete dici non poteſt, quippe tunc regni habenas Alexandriæ moderabatur. De quo ibidem Orator: *Eam, inquit, qui regnum illud teneat hoc tempore, neque genere, neque animo regio eſſe, inter omnes ferè video conuenire.*

*Lathuro nō eſt proximè ſubrogandus Auletes.*

17. *Aduertendum quartò*, Auletem obiiſſe anno Vrbis 703. tunc enim Calendis Sext. Cęlius ad Ciceron. lib. 8. ep. 4. ſcribit regem Alexandriæ vita functum eſſe. Hic annus erat ante Chr. 51. Sulpitio & Marcello Coſſ. vt bene notat Petauius; Caluiſius autem perperam hunc annum numerat 702. Vrbis conditæ. At verò, cum Alexan. ille, qui Romanos regni hæredes conſtituiſſe dicebatur,

*Annus mortis Auletis.*

non

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testament
A IV
17a



non ſit mortuus ante annum Vrbis 689. quando Cæſar de eo
gitabat; colligimus Auletem 30. annos non regnaſſe; ſed vt
nempe anno illo Vrbis 689. defunctus eſt: ſin autem anno ſequenti,
Auletæ annos 13. ab anno ante Chriſtum 64. vſque ad 51.

*Qua ratione Lathurũ inter & Cleopatrã 30. anni interponantur.* 18. Non errant in annorum numero, auctores illi, qui inter Lathurum
Cleopatram 30. annos interponunt, quorum initium capiendum eſt,
ante Chriſtum 81. finis conſtituendus anno 51. Inde Cleopatra primum
fratre, tum ſolus regnauit annos vniuerſe 21. ſolidos: vicesimum ſecundum
tigit, non tranſegit, nimirum ab anno ante Chr. 51. vſque ad 30. Vrbis
ptingenteſimum viceſimum quartum.

## QVÆSTIO IV.

## *De ſucceßione regum Syriæ, poſt mortem Alexandri Magni.*

*Seleucus Nicanor.* 1. HOs Principes à potiori parte, & breuitatis cauſa reges Syriæ
quamuis alijs etiam regionibus imperitarint, quorum primus
leucus Nicanor, qui in Media, Babylonia, Syria annos 31. commun
rum ſupputatione regnaſſe ſcribitur, & vulgo numerari ſolent,
poſt mortem Alexandri completo, licet fortè non illo præciſe anno
tulos ſibi vendicarit, vt nonnulli annotarunt. Hos 32. annos
non arbitror, eoſque ab anno ante Chriſtum 312. vſque ad 281.
tumo, ac proinde ea omnia, quæ de iſto Seleuco Daniel cap. 11.
rat tunc fuere completa. Nam teſte Iuſtino Pyrrhus in Italiam
Antiocho Sotere, vtique iam imperante pecunias accepit. Pyrrhus
Tarentinis accitus venit in Italiam eo anno, quo acta eſt Olympias
valde probabile eſt, Antiochum Soterem regnum iniſſe anno 4. Olymp.
necdum finito, ante Chriſti æram 281. deſinente. Nec multum
Euſebius initium regni Soteris inſcribat anno 1. Olymp. 125. hoc
gi poteſt de computatione Orientalium, qui nouos annos Olymp.
autumno per prolepſin ordiri ſolent. Sic abſque auctorum
rum erit, quod Iuſtinus tradidit poſteritati. Quanquam etiam
re poſſit, Soterem capeſſiuiſſe imperium, anno ante Chriſti æram
ludicrum illius Olymp. 125. & Seleucum illuc vſque regnum

*Antiochus Soter.* 2. Secundo loco in hac ſerie imperat Antiochus Soter Seleuci
filius annos 19. omnium vt puto auctorum conſenſu, nempe ab
Chriſtum 281. deſinente vſque ad 262. iuxta dicta §. præcedenti.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Olymp.130. quæ de illo Daniel prædixerat, vera fuiſſe comprobauit euentus. Addit Salianus ad ann.m.3792.num.1.vnum reperiri, qui verbo annos 20.tribuat Soteri.

3. Antiochus II.θεός, Soteris filius, tertius à Seleuco I. ſuccedit in imperium anno 3.Olymp.129.tenetque principatum annos 15. nimirum ab anno ante Chriſtum 262.vſque ad 247. *Antiochus II.θεός.*

4. Rex IV.in Syria fuit Seleucus II. Callinicus θεοῦ filius, annis 20. vt habet Euſebius, cui aſſentiuntur Torniellus, Gordonus, Samerius, Petauius, Salianus, qui plures in hanc ſententiam recenſet. Hi 20, anni mihi ab anno ante Chriſtum 247.vſque ad 227.profluxiſſe videntur. *Seleuc. II. Callinic.*

5. Quintus regum Syriæ numeratur Seleucus Ceraunus Callinici filius, cui Appianus biennium tribuit: Sanctus autem Hieronymus, quem ſequuntur Torniellus, Salianus & alij plerique cenſent eum anno ſui principatus tertio obijſſe. Conſentit Petauius lib.10.de Doct.Temp. cap.4; lib.13.in Tabulis, & lib.5. Rationarij, c.3.vbi ait Seleucum Callinicum anno regni 20. mortuum, Ceraunum tribus annis imperaſſe, regnum inijſſe anno 2. Olymp.138. ac primo ſequentis mortuum eſſe. Regnauit igitur ab anno ante Chriſt.227. vſque ad 224. *Seleucus Ceraunus.*

6. Sextum ordine regem Aſiæ & Syriæ Antiochum Magnum fratrem Ceraunni, filium Callinici, occiſo in Phrygia Ceraunno, exercitus ad regnum vocat, anno, vt Petauius in tabulis notat, ante Chriſti æram 224. ſub initium Olymp.139. & ex eiuſdem Petauij, Tornielli, & quorundam aliorum computatione anni 36.adſcribuntur. Salianus autem, cum Polybio, Appiano, Sulpitio, annum etiam ſequentem, hoc eſt, 37.illi attribuit: *idque*, inquit, T.Liuij hiſtoria lib.38.apertè demonſtrat, & Euſebij quoq; Chronologia poſtulat, qui Seleucum huius filium poſt ſequentem annum in regno collocat Olymp.148. ſecundo. Ego cum Petauio opinor Antiochum Magnum regnare cœpiſſe anno ante Chriſti epocham 224. in quem incidit Olympias illa 139.regno ſimul & vita miſerè ſpoliatum anno ante eandem epocham 187. Olymp.148. ſecundo, eique annos 37.enumero, cum Appiano, Saliano & cæteris iam citatis. Fortè aliquid anno 37.defuit, & eam ob rem, à quibuſdam Scriptoribus fuit prætermiſſus, vel Philopatori adſcriptus. *Antiochus Magnus.*

7. Septimus rex in ſerie Seleucidarum, Seleucus IV.Philopator Antiochi Magni filius, regnum adipiſcitur anno ante Chriſtum 187.regnatque annos ſolidos 11. nempe vſque ad annum ante Chr.179. Conſentit Petauius in tabulis, vbi ait eum regnaſſe annos 11. & menſes aliquot. Si Antiocho M.36. anni duntaxat ſupputentur, 12.Philopatori ſunt tribuendi. *Seleuc.4. Philopator.*

8. Antiochus IV.cognomento Epiphanes, frater Philopatoris, Antiochi *Ant. IV. Epiphanes*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17a



Magni filius, euadit octauus rex Syriæ anno Græcorum 137. vt certiſſimè conſtat ex 1. Mach. 1. v. 11. ante Chr. 176. Olymp. 151. primo, vt benè in tabulis notat Petauius, cui aſſentitur Caluiſius, de anno illo 176. Exerrant autem nihil ij, qui anno demum 2. vel 3. prædictæ Olymp. Epiphanem ad regnum putant euectum. Interiit autem anno Græcorum 149. vt traditur 1. Mach. 6. v. 16. ante communem æram Chriſtianorum 164. Sic ad 12. annum ſui principatus peruenit. Vide tabulas ſequentes, & notas in loca Scripturæ ... gata.

*Antioc. V. Eupator.* 9. Antiochus V. Eupator filius Epiphanis nono loco inter Seleucidas princeps, regni ſui exordium præclara temporis nota ſignatum habet 1. Mach. 6. v. 16. *& mortuus eſt ibi Antiochus rex, anno 149. Et cognouit Lyſias, quoniam mortuus eſt rex, & conſtituit regnare Antiochum filium eius, quem nutriuit adoleſcentem, & vocauit nomen eius Eupator.* Itaque regio ſceptro manum admouet Eupator anno ante Chr. 164. quo inijt ille 149. Græcorum, vt liquet ex dictis q. 1. & biennio transacto vita defungitur, anno ante Chr. 162.

*Demetr. Soter.* 10. Decimus rex Syriæ, Demetrius Soter Seleuci Philopatoris filius, ... gubernacula cepit anno Græcor. 151. vt teſtatur lib. 1. Mach. c. 7. initio, his verbis: *Anno centeſimo quinquageſimoprimo, exijt Demetrius Seleuci filius ab Vrbe Roma, & aſcendit cum paucis viris, in ciuitatem maritimam, & regnauit illic.* Hoc geſtum ... no ante Chr. 162. quo cœpit 3. Olymp. 153. Regni habenas tractat annos ... tradit Ioſephus: ſcilicet vſque ad annum ante Chriſt. 151. quo occiſus eſt, ... làm fiet ex ijs, quæ iam de Alexandro in medium proferentur.

*Alexand. Bala.* 11. Vndecimus poſt obitum Alexandri M. Alexander Bala, qui & ... Syriæ regnum inuaſit, ſiue Aſiæ, anno ante Chr. 153. Siquidem anno centeſimo ſexageſimo (ſubaudi Græcorum) *aſcendit Alexander Antiochi filius, qui cognominatus eſt Nobilis, & occupauit Ptolemaidam, & receperunt eum, & regnauit illic.* 1. Mach. 10. v. 1. Imo eodem anno veſtem Sacerdotalem conceſſit Ionathæ, qua ... ſto Scenopegiæ vſus eſt. ib. v. 21. At verò per duos circiter annos, ipſe Alexander cum Demetrio dimicauit de imperio, nempe vſque ad finem anni ... 161. aut initium 162. quando perempto Demetrio, Alexander vxorem ... Cleopatram filiam regis Ægypti, vt indicatur illo cap. 10. v. 52. & 57. Quod enim victoria de Demetrio, haud diu præceſſerit Alexandri & Cleopatræ nuptias ſacra inſinuat hiſtoria, dum refert, ſimul & iſtam victoriam Philometori ſignificatam, & petitum regiæ puellæ connubiũ, per Legatos Alexandri. ... circa duplex initium regnandi poteſt Alexandro conſignari: alterum ... Græc. 160. viuente adhuc Demetrio; alterum ſub initium anni 162. Demetrio è viuis ſublato. A priore exordio regnauit annos 7. nimirũ ab anno ante Chr. ... 153. vſq; ad 146. à poſteriore, quinquennium, ab anno ante Chr. 151. ad 146.

*Demet. II. Nicator.*

12. Demetrius II. Nicator, Demetrij Soteris filius XII. rex Syriæ *anno* 165. aſpirans ad paternum imperium, *venit à Creta in terra patrum ſuorum*. 1. Mac. 10. v. 67. ſed per biennium circiter ei reſtitit Alexander Bala, quo capite truncato, *regnauit Demetrius anno* 167. 1. Mach. 11. verſ. 19. hoc eſt, anno ante Ch. 146. In eundem porro annum incidit mors Alexandri Balæ, & Ptolemæi Philometoris, quia eodem tempore ambos violenta morte ſublatos conſtat ex illo c. 11. v. 18. Vnde colligimus *primò*, eodem anno Phyſconem in Ægypto Philometori ſucceſſiſſe, quo Demetrius Alexandro, anno inquam 146. ante Chriſtum. Hic imperat quinquennium, vſque ad annum 141. quo captiuus apud Perſas eſſe cœpit. Colligimus *ſecundo*, codicem Euſebij vitioſum eſſe, dum huic Demetrio annos tres duntaxat inſcribit antequam à Phraate caperetur.

*Antiochi (filij Alexandri Balæ) breue imperium.*

13. Regnante adhuc Demetrio, & Tryphone cum eo bellum gerente, Antiochus Alexandri Balæ filius aliquanto tempore regijs titulis ornatus fuit: ſed haud multo poſt, ab ipſo Tryphone ſublatus, Demetrio imperium ſuum propugnante: proinde tempus quo Antiochus Alexandri XIII. à Seleuco regnauit, abſorbetur in annis, quibus Demetrius detinuit principatum.

*Diodotus; qui & Tryphon.*

14. Diodotus, qui & Tryphon dictus, loco 14. regnauit, ſeu potius tyrannũ egit, triennio, vt refert Ioſephus, qui lib. 13. Antiq. c. 9. ſcribit, Tryphonem non prius inuaſiſſe regnũ, quàm Demetrius teneretur captiuus, adeo vt ex iſto Demetrij caſu Tryphon occaſionem arripuerit Antiochum occidendi, eiuſq; regnum vſurpandi. Ioſephum in hac Chronologia ſequitur Petauius li. 10. c. 45. Sunt autem alij qui cẽſent Tryphonem citius regno manum adieciſſe, Antiocho neci dato, vt Torniell. ad an. m. 3912. & Salianus ad eundem annum num. 24. & ſuam opinionem adſtruunt ex 1. Mach. 13. v. 31. vbi, cùm ſacer textus cœpiſſet acta Simonis repræſentare, hæc inſerit: *Tryphon autem cum iter faceret, cum Antiocho rege adoleſcente, dolo occidit eum. Et regnauit loco eius, & impoſuit ſibi diadema Aſiæ, & fecit plagam magnam in terra:* tum regreditur ad narrationem rerum à Simone geſtarum, anno 170. regni Græcor. quando Simon Machabæus *elegit viros, & miſit ad Demetrium regem, vt faceret remiſsionem regioni, quia actus omnes Tryphonis, per ſurreptionem fuerant geſti*. ibid. v. 34. Annuit optatis Demetrius, & Iudæam à tributis liberam eſſe iuſſit; atque ita *anno* 170. *ablatum eſt iugum gentiũ ab Iſrael*. v. 41. Deinde Demetrio & Tryphone, de regni corona inter ſe certantibus, Simon Gazam deditione accepit, præſidium quod erat *in arce Ieruſalem, eiecit inde, & mundauit arcem à contaminationibus, & intrauerunt in eam, tertia & vigeſima die. ſecundi menſis, anno* 171. v. 51. Anno autem 172. regni Græcor. Demetrius mouit *in Mediam, ad contrahenda ſibi auxilia, vt expugnaret Tryphonem*. 1. Machab. 14. v. 1. Itaque cædes Antiochi Balæ filij, præceſſit Demetrij in Mediam profectionem parte anni 170. Græcorum, & toto 171.

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testament
A IV
17a



15. Reſpondent aliqui, auctorem libri 1. Mach, vſum fuiſſe prol...
ſeruaſſe temporis ordinem, quando cędem Antiochi, & tyrannidem Try...
nis prius recenſuit, quam Iudæorum libertatem, & Demetrij captiuitat...
ue in Mediam abitum. Ita Petauius. Quod, inquit, Tryphonis Tyranni...
parricidium narratur, ante Demetrij caſum, qui ſequenti capite comme...
ratur, id vſitato Scripturæ, imò verò & hiſtoriæ more factum eſt, vt...
narratione conſequentia contextaque ſunt, etſi tempore ſint diſtracta, co...
nuentur. Verum hæc euaſio, non cuilibet ſatis idonea fortè videbitur...
nulla cauſa appareat, cur ſcelerata Tryphonis facinora, rebus à Simone ge...
inſerta ſint, niſi quia reuera Tryphon ante tyrannus euaſit, quam Sim...
Demetrium mitteret Legatos. Enimuero hæc nullam habent conſecution...
aut connexionem, cum ijs quæ vel præcedunt, vel conſequuntur, vt...
genti caput illud 13. à v. 25. ad 31. Iſta verò difficultas commodè expedi...
duplex initium regno Tryphonis adſcribatur, alterum anno circiter...
gni Græcorum, cum ipſe occiſo Antiocho rege, ex tutore factus eſt...
regnique alieni inuaſor: alterum Demetrio in Mediam profecto, q...
Tryphon, nullo ſibi obſiſtente, regni diadema retinere cœpit, anno G...
rum 172. & vſque ad annum 174. deſinentem illud per ſummum nefas...
pauit. Tunc enim Sidetes Tryphone debellato, fratris ſui adhuc capti...
lium conſcendit. Tryphon igitur tribus annis Chronologicis regnum...
nuit, vt habet Ioſephus, ſcilicet, ab anno ante Chr. 141. vſque ad 138...
ter. Tempus quo idem Tryphon cum Demetrio ante Medenam exp...
nem bellum habuit, annis Demetrij connumeratur.

15. *Antiochus Demetrij Soteris filius.*

16. Rex XV. Syriæ fuit Antiochus Demetrij Soteris filius, De...
Nicatoris frater, dictus Sidetes, Soter Pius, de quo 1. Mach. 5. v. ...
*ſimo ſeptuageſimo quarto exijt Antiochus in terram patrum ſuorum, & ...*
*eum omnes exercitus, ita vt pauci relicti eſſent cum Tryphone.* Hic annus 174. G...
rum inijt quidem anno ante æram Chriſti 139. nihilominus Sidetes...
tur incepiſſe regnare niſi ſub finem iſtius anni 174. Græcorum, ...
aut ſaltem inſtante anno ante Chriſtum 138. Annus enim primus H...
quartus Sidetæ inciderunt in annum ſabbaticum, teſte Ioſepho lib. ...
tiq. cap. 15. & 16. Hic autem annus ſabbaticus oritur ab anno ante Ch...
defluit vſque ad autumnum anni ſequentis, ita vt pars poſterior anni...
ci concurrat cum quarto Sidetæ. Sic annus primus Hircani, quartus S...
& finis anni ſabbatici inciderunt in annum ante Chriſt. 135. ac proinde...
primus Sidetæ ſumpſit exordium ab anno ante Chriſtum 138. ...
forte à fine anni præcedentis. Nouennium imperat Sidetes, ab anno...
Chriſtum 138. vſque ad 129. quo rex Demetrius frater ipſius poſt...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſuam Regiam reuertitur, ac iterum paucis annis imperat. Sequentes Aſiæ ac Syriæ reges, poſt Machabæorum tempora vixerunt: idcirco eos miſſos facio, quia ad ſacrarum literarum intelligentiam, non multum refert, accuratius eorum annos indagare. Vide tabulas expanſas, in quibus ſicut & hac atque præcedente quæſtione, ſi quandoque vnius anni parachroniſmum iuueneris, dabis veniam meæ oſcitantiæ, & calculos tuos ſubtilius diſpones.

## QVÆSTIO V.

## *De Mathathia & filijs eius Machabæis.*

*Initium principatus Mathathiæ.*

1. TOrniellus ad annum m. 3887. num. 11. & Salianus ad ann. 3888. num. 10. cenſent ea, quæ de Mathathia referuntur, fieri cœpiſſe ſub finem anni Græcorum 145. nempe cum iuſſu Antiochi, idolum altari Dei fuiſſet impoſitum die 15. Casleu, & templum profanatum die 25. eiuſdem, vt refertur 1. Machab. 1. verſ. 57. & 62. Quod neque certum eſt, neque improbabile. Ego initium principatus illius, refero ad annum illum 145. regni Græcorum, ante Chriſtum 168. finem & mortem, ad annum ſequentem, qui erat ante æram Chriſti 167. Vtrum anno integro Ducis officio functus fuerit, mox inquiram.

*Tempus principatus Iudæ Machabæi*

2. Iudas Machabæus ex quorundam opinione, ſuſcepit principatum anno 147. regni Græcorum circiter ineunte, Olymp. 153. quarto imminente, & præfuiſſe 5. annos Chronologicos. Eſt Tornielli in Annalibus & Tabulis. De anno illo 147. probat ſuam opinionem: quia Mathathias principis munere fungi cœpit & ſanctam legem propugnare, circa vel poſt menſem nonum anni 145. Græcorum, annumque integrum Ducem egit: ac proinde Iudas non niſi anno Græc. 146. quaſi elapſo, ad populi gubernationem acceſſiſſe videtur. Cum enim ſacer hiſtoricus lib. 1. cap. 1. narraſſet Tyranni rabiem, & ſacrilegam templi violationem, ſubiungit cap. 2 *In diebus illis ſurrexit Mathathias* &c. Ioſephus autem lib. 12. Antiq. cap. 8. diſertè tradit, eum exacto ſui principatus anno, mortuum eſſe. Quod ad initium principatus Iudæ attinet Torniello ſubſcribit Salianus.

3. Hæc tamen certa non ſunt, potuit enim auctor lib. 1. Machabæorum vti prolepſi, & ea prius expedire, quæ in communi ad perſecutionem ab Antiocho excitatam ſpectant, quàm ad Mathathiæ heroica facta deſcenderet. Eſto ſæuiente quidem illa tempeſtate, ſed templo necdum profanato, Mathathias Tyranni conatibus cœperit obſiſtere. Quem ſenſum commodè recipiunt illa verba: *In diebus illis*, quaſi dicatur: ſub idem fere tempus, quo furor E-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P. H. Philippi
Chronologia Vet: Testament
A IV
17a



piphanis modo narrato, in Iſraelitas graſſabatur. Aliud foret, ſi fuerit [illegible] beret: *poſt dies illos*. Ad Ioſephi teſtimonium bene reſpondet Salianus, [illegible] liud nolle, quam vno duntaxat anno Mathathiam principatum [illegible] vtrum autem annus ille completus fuerit, nec ne; aliunde quam ex Ioſepho [illegible] dagandum. In textu Græco, nihil de anno integro habetur, ſed tantum [illegible] præfuiſſet ἐνιαυτὸν, vnum annum.

4. Equidem cum ea complector animo, quæ ſub Iuda contigiſſe [illegible] cap. 3. & 4. libri primi, autumo bonam partem anni 146 & totum [illegible] ſe, antequam Lyſias anno 148. cum 60000. peditum Iudæam inuaderet [illegible] dam proinde inijſſe principatum circa annum 2. Olymp. 153. fuerit [illegible] 146. Græcorum, & adminiſtraſſe ſex circiter annos, nempe vſque ad [illegible] regni Græcorum 152. ab anno ante æram Chriſti 167. vſque ad 161.

*Ionathas quo anno ſumpſerit principatũ*

5. Ionathæ primordia referenda puto ad annum Græcorum 152. [illegible] Torniellus, & addit eum annum fuiſſe 1. Olymp. 155. & 2. Eupatoris [illegible] ſiæ: ego verò cum Petauio in tabulis, id anno 4. Olymp. 154. & 1. Demetrij [illegible] ſucceſſerat Eupatori adſcribo; quia communem regni Græcorum [illegible] vno anno citius figo, quam Torniellus & Salianus, rationibus ſuo loco [illegible] Deinde certò conſtat, ſublato è viuis Eupatore, Demetrium ad regni gubernacula ſediſſe, quando Ionathas populi tutelam accepit, ex 1. Mach. 9. [illegible] Demetrius audita cæde Nicanoris dicitur Bacchidem & Alcimum [illegible] Iudæam, cum dextro copiarum cornu, qui *in menſe primo anni centeſimi* [illegible] *geſimi ſecundi applicuerunt exercitum ad Ieruſalem.* Tunc adhuc viuebat Iu[illegible] quidem *poſuerat caſtra in Laiſa*. v. 5. Quod ipſemet Torniellus agnoſcit, [illegible] num m. 3894. num. 1. & bene aduertit (contra Canum lib. 2. de locis [illegible] cap. 11. ad 4. principale) Iudam Machabæum cecidiſſe, non ſub finem, [illegible] ca initium anni 152. Græcorum, quem ferè totum ait pertinere ad [illegible] mum Ionathæ. Nec immeritò: nam finis cuiuslibet anni Græcorum [illegible] bat in hiemem iuxta ſtylum libri primi Machabæorum. Ionathas [illegible] berno tempore, ea commodè gerere non potuit, quæ de illo referuntur [illegible]

*Tempus principatus Ionathæ.*

cap. 9. antequam *Alcimus anno Græcor. 153 menſe ſecundo præciperet deſtrui muros* [illegible] *mus ſanctæ interioris*. ibid. v. 54. Præſidet autem genti ſuæ Ionathas [illegible] anno ante Chriſtum 161. vſque ad 143.

6. Tametſi Ionathas occiſus ſit à Tryphone hieme, qua in Iudæa [illegible] *multa valdè*; atque adeo ſub finem anni 169. Græcorum, & ab eo tempore [illegible] mon functiones Ducis obire cœperit; vt indicat liber 1. Mach cap. 13. [illegible]

*Principatus Simonis.*

minus epocha principatus Simonis fuit an. 170. Græcorum, vt ex illo [illegible] v. 42. his verbis narratur: *Anno centeſimo ſeptuageſimo ablatum eſt iugum gentium ab* [illegible] *Iſrael. Et cœpit populus Iſrael ſcribere in tabulis & geſtis publicis, anno primo* [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ne* &c. Quæ annorum connexio rurſus ſancitur cap. 14. v. 27. *Octaua decima die menſis Elul anno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo, anno tertio ſub Simone ſacerdote magno* &c.

7. Idem Simon Machabæus à ſuo genero nefariè trucidatur anno Græcorum 177. exeunte, vtpote *menſe vndecimo: hic menſis eſt Sabath.* 1. Machab. 16. v. 14. qui menſis incidit in annum ante Chriſtum 135. ſiquidem annus iſte Græcorum 177. inierat ad initium Veris, ſiue menſis Niſan anno ante Chriſt. 136. Deinde Simoni abſque interregno in principatum ſucceſſit Ioannes Hircanus currente anno ſabbatico, vt refert Ioſephus lib. 13. Antiq. cap. 5. & 16. qui annus ſabbaticus cœperat anno ante Chr. 136. Sic principatum geſſit Simon octo circiter annos, vt ex Ioſepho & Euſebio notat Petauius lib. 10. cap. 53. vtpote ab anno ante Chr. 143. vſque ad 135. *Ioannes Hircanus.*

8. Obijciet quiſpiam, ex Petauio lib. 4. Rationarij cap. 19. *Ionatha interfecto hiemis tempore,* inquit, *cum multum ninxiſſet, Simon ſummo ſacerdotio potitus eſt, anno* 170. *poſtea menſe ſecundo, numeratus eſt annus* 171. vt ſcribitur 1. Mach. 13. v. 22. 41. 51. Idem tradit lib. 10. de doct. temp. cap. 43. Ergo Simon munus Ducis anno illo 170. Græc. expirante ſuſcepit, anno ante Chr. 142. ac proinde non niſi ſeptem circiter annos ſuæ genti præfuit; ſiquidem occiſus eſt anno ante Chr. 135. ineunte. Verum iſtius argumenti conſecutio non congruit cum doctrina Petauij, qui illo cap. 53. diſertè Simonis initium ponit anno periodi Iulianæ 4571. hoc eſt, anno ante Chriſtum 143. eandemque Chronologiam retinet in tabulis, vbi mortem Simonis inſcribit anno periodi Iulianæ 4579. ante Chr. 135. regni Græc. 177. exeunti. Denique non docet annum 171. Græcorum mox inijſſe, poſt hiemem illam, qua Ionathas peremptus eſt, ſed proximè poſt depulſum iugum gentium à ceruicibus Iudæorum. Opiniones Tornielli, Saliani & aliorum, in notis ſuo loco expendemus: hic tantum meminerit Lector, meas rationes ab eorum calculis diſcrepare, in contexendis Machabæorum annis, eò quod non ſatis accuratè, initium regni Græcorum & Sabbaticorum ad annos ante Chriſtum alligarint. *Obiectio.*

SERIES

P. H. Philippi
Chronologia Vet: Testament
A IV 17a



SERIES
# REGVM SYRIÆ
AB
# ALEXANDRO MAGNO
vſque ad
# SIMONEM MACHABÆVM
diſpoſita, & ad Lib. 1. Machab. reuocanda.

| *Ante Chr.* | *O-lymp.* | *Regni Græc.* | *R. ÆEg. Lagidæ.* | *Reges Syriæ Seleuc.* |
|---|---|---|---|---|
| 312 | 117 | 1 | 13 | 1 |
| 311 | | 2 | 14 | 2 |
| 310 | | 3 | 15 | 3 |
| 309 | | 4 | 16 | 4 |
| 308 | 118 | 5 | 17 | 5 |
| 307 | | 6 | 18 | 6 |
| 306 | | 7 | 19 | 7 |
| 305 | | 8 | 20 | 8 |
| 304 | 119 | 9 | 21 | 9 |
| 303 | | 10 | 22 | 10 |
| 302 | | 11 | 23 | 11 |
| 301 | | 12 | 24 | 12 |

Primus rex Ægyp[illegible] obitum Alexandri M[illegible] fuit Ptolemæus, cu[illegible] tantur anni 40. à mo[illegible] lexandri, ad mortem [illegible] mæi decurrentes.

Primus rex Syriæ [illegible] cus Nicanor, [illegible] patum annos 31. [illegible] annum vero 32. [illegible] pleuit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

| Ante Chr. | Olymp. | Regni Græc. | R. Aeg. Lag. | Reges Syriæ Seleuc. | Ante Chr. | Olymp. | Regni Græc | Reges Aeg. Phil. | R. Syriæ Soter |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 300 | 120 | 13 | 25 | 13 | 280 | 125 | 33 | 5 | 2 |
| 299 | | 14 | 26 | 14 | 279 | | 34 | 6 | 3 |
| 298 | | 15 | 27 | 15 | 278 | | 35 | 7 | 4 |
| 297 | | 16 | 28 | 16 | 277 | | 36 | 8 | 5 |
| 296 | 121 | 17 | 29 | 17 | 276 | 126 | 37 | 9 | 6 |
| 295 | | 18 | 30 | 18 | 275 | | 38 | 10 | 7 |
| 294 | | 19 | 31 | 19 | 274 | | 39 | 11 | 8 |
| 293 | | 20 | 32 | 20 | 273 | | 40 | 12 | 9 |
| 292 | 122 | 21 | 33 | 21 | 272 | 127 | 41 | 13 | 10 |
| 291 | | 22 | 34 | 22 | 271 | | 42 | 14 | 11 |
| 290 | | 23 | 35 | 23 | 270 | | 43 | 15 | 12 |
| 289 | | 24 | 36 | 24 | 269 | | 44 | 16 | 13 |
| 288 | 123 | 25 | 37 | 25 | 268 | 128 | 45 | 17 | 14 |
| 287 | | 26 | 38 | 26 | 267 | | 46 | 18 | 15 |
| 286 | | 27 | 39 | 27 | 266 | | 47 | 19 | 16 |
| 285 | | 28 | 40 | 28 | 265 | | 48 | 20 | 17 |
| 284 | 124 | 29 | 1 a Phil. | 29 | 264 | 129 | 49 | 21 | 18 |
| 283 | | 30 | 2 | 30 | 263 | | 50 | 22 | 19 |
| 282 | | 31 | 3 | 31 b Soter. | 262 | | 51 | 23 | 1 c Theos |
| 281 | | 32 | 4 | 1 | 261 | | 52 | 24 | 2 |

a Pto. Philadelphus rex II. Ægypti mortuo parente regnat annos 37.

b Secundus in ſerie Seleucidarum regnauit Antiochus Soter, Seleuci Nicanoris F. annos 19.

c Rex III. in Syria fuit Antiochus II. Theos Soteris F. annos 15.

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testament
A IV
17 a



| Ante Chr. | O-lymp. | Regni Græc. | R. ÆEg. Phil. | Reges Syriæ θεός. |
|---|---|---|---|---|
| 260 | 130 | 53 | 25 | 3 |
| 259 | | 54 | 26 | 4 |
| 258 | | 55 | 27 | 5 |
| 257 | | 56 | 28 | 6 |
| 256 | 131 | 57 | 29 | 7 |
| 255 | | 58 | 30 | 8 |
| 254 | | 59 | 31 | 9 |
| 253 | | 60 | 32 | 10 |
| 252 | 132 | 61 | 33 | 11 |
| 251 | | 62 | 34 | 12 |
| 250 | | 63 | 35 | 13 |
| 249 | | 64 | 36 | 14 |
| 248 | 133 | 65 | 37 Euer. | 15 Calli. |
| 247 | | 66 | 1 *d* | 1 *e* |
| 246 | | 67 | 2 | 2 |
| 245 | | 68 | 3 | 3 |
| 244 | 134 | 69 | 4 | 4 |
| 243 | | 70 | 5 | 5 |

| Ante Chr. | O-lymp. | Regni Græc. | R. Æg. Euer. | R. Syriæ |
|---|---|---|---|---|
| 242 | | 71 | 6 | [illegible] |
| 241 | | 72 | 7 | [illegible] |
| 240 | 135 | 73 | 8 | [illegible] |
| 239 | | 74 | 9 | [illegible] |
| 238 | | 75 | 10 | [illegible] |
| 237 | | 76 | 11 | [illegible] |
| 236 | 136 | 77 | 12 | [illegible] |
| 235 | | 78 | 13 | [illegible] |
| 234 | | 79 | 14 | [illegible] |
| 233 | | 80 | 15 | [illegible] |
| 232 | 137 | 81 | 16 | [illegible] |
| 231 | | 82 | 17 | [illegible] |
| 230 | | 83 | 18 | [illegible] |
| 229 | | 84 | 19 | [illegible] |
| 228 | 138 | 85 | 20 | [illegible] |
| 227 | | 86 | 21 | [illegible] |
| 226 | | 87 | 22 | [illegible] |
| 225 | | 88 | 23 | [illegible] |

*d* Philadelpho ſucceſſit filius eius Euergetes, I. rex Ægypti à Lagide III.
regno 26. annos imputo.

*e* Paulo poſt obitum Philadelphi, Seleucus II. Callinicus θεοῦ F. rex III.
imperat, anno regni 20. decedit.

*f* In regem Syriæ quinto loco euectus Seleucus III. Ceraunus Callinici F.
annos imperat,

| *Ante Chr.* | *Olymp.* | *Regni Græc.* | *R. Aeg. Euer.* | *Reges Syriæ Ant.M.* |
|---|---|---|---|---|
| 224 | 139 | 89 | 24 | 1 g |
| 223 | | 90 | 25 | 2 |
| 222 | | 91 | 26 | 3 |
| | | | *Phil.* | |
| 221 | | 92 | 1 h | 4 |
| 220 | 140 | 93 | 2 | 5 |
| 219 | | 94 | 3 | 6 |
| 218 | | 95 | 4 | 7 |
| 217 | | 96 | 5 | 8 |
| 216 | 141 | 97 | 6 | 9 |
| 215 | | 98 | 7 | 10 |
| 214 | | 99 | 8 | 11 |
| 213 | | 100 | 9 | 12 |
| 212 | 142 | 101 | 10 | 13 |
| 211 | | 102 | 11 | 14 |
| 210 | | 103 | 12 | 15 |
| 209 | | 104 | 13 | 16 |
| 208 | 143 | 105 | 14 | 17 |
| 207 | | 106 | 15 | 18 |

| *Ante Chr.* | *Olymp.* | *Regni Græc.* | *Reges Aeg. Phil.* | *R. Syriæ Ant.M* |
|---|---|---|---|---|
| 206 | | 107 | 16 | 19 |
| 205 | | 108 | 17 | 20 |
| | | | *Epip.* | |
| 204 | 144 | 109 | 1 i | 21 |
| 203 | | 110 | 2 | 22 |
| 202 | | 111 | 3 | 23 |
| 201 | | 112 | 4 | 24 |
| 200 | 145 | 113 | 5 | 25 |
| 199 | | 114 | 6 | 26 |
| 198 | | 115 | 7 | 27 |
| 197 | | 116 | 8 | 28 |
| 196 | 146 | 117 | 9 | 29 |
| 195 | | 118 | 10 | 30 |
| 194 | | 119 | 11 | 31 |
| 193 | | 120 | 12 | 32 |
| 192 | 147 | 121 | 13 | 33 |
| 191 | | 122 | 14 | 34 |
| 190 | | 123 | 15 | 35 |
| 189 | | 124 | 16 | 36 |

*g* Syria VI. regem habuit Antiochum III. cognomine Magnum Cerauni fratrem, annos 36. ſolidos & bona parte trigeſimi ſeptimi.

*h* Inter Ægypti reges quartum locum tenuit Pto. Philopator, qui & Eupator Euergetæ I. F. annis 17.

*i* In ſerie Lagidarum quintus in Ægypto regnauit Pto. Epiphanes Philopatoris F. annos 23. ſolidos, viceſimum quartum non abſoluit.

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testament
A IV
17a



| *Ante Chr.* | *O-lymp.* | *Regni Græc.* | *R. ÆE-gyp. Epiph.* | *Reges Syriæ.* |
|---|---|---|---|---|
| 188 | 148 | 125 | 17 | 37 *Philop.* |
| 187 | | 126 | 18 | 1 *k* |
| 186 | | 127 | 19 | 2 |
| 185 | | 128 | 20 | 3 |
| 184 | 149 | 129 | 21 | 4 |
| 183 | | 130 | 22 | 5 |
| 182 | | 131 | 23 *Philõ.* | 6 |
| 181 | | 132 | 1 *l* | 7 |
| 180 | 150 | 133 | 2 | 8 |
| 179 | | 134 | 3 | 9 |
| 178 | | 135 | 4 | 10 |
| 177 | | 136 | 5 | 11 |
| 176 | 151 | 137 | 6 | 1 *m* *Epiph.* |
| 175 | | 138 | 7 | 2 |
| 174 | | 139 | 8 | 3 |
| 173 | | 140 | 9 | 4 |
| 172 | 152 | 141 | 10 | 5 |
| 171 | | 142 | 11 | 6 |
| 170 | | 143 | 12 | 7 |
| 169 | | 144 | 13 | 8 |

*k* Septimus inter Se[illegible] cidas Seleucus IV. Philo[illegible] Antiochi Mag. F. vi[illegible] ſui parentis complet[illegible] lios XI. ad regni gub[illegible] cula ſedit.

*l* Sextus à mor[illegible] xandri Pto. Philomet[illegible] lopatoris F. regnum [illegible] adminiſtrauit annos 3[illegible]

*m* Regni Syriæ [illegible] num conſcendit o[illegible] dine Antiochus IV. [illegible] mento Epiphanes [illegible] lopatoris, Antiochi [illegible] anno Græcorum 137 [illegible] bet liber 1. Mach. cap. [illegible] & ad 12. annum regni [illegible] nit, nimirum vſque [illegible] num Græc. 149. [illegible] ſe conſtat, 1. Mach. 6. [illegible]

| Ante Chr. | O-lymp. | Regni Græc. | R. Ægypti Philō. | R. Syriæ Epiph. | Machabæi Matha. |
|---|---|---|---|---|---|
| 168 | 153 | 145 | 14 | 9 | 1 |
| | | | | | Iudas |
| 167 | | 146 | 15 | 10 | 1 *n* |
| 166 | | 147 | 16 | 11 | 2 |
| 165 | | 148 | 17 | 12 | 3 |
| 164 | 154 | 149 | 18 | *Eupat.* | 4 |
| | | | | 1 *o* | |
| 163 | | 1 0 | 19 | 2 | 5 |
| 162 | | 151 | 20 | *Demet.* | 6 |
| | | | | 1 *p* | *Ionat.* |
| 161 | | 152 | 21 | 2 | 1 *q* |
| 160 | 155 | 153 | 22 | 3 | 2 |
| 159 | | 154 | 23 | 4 | 3 |
| 158 | | 155 | 24 | 5 | 4 |
| 157 | | 156 | 25 | 6 | 5 |
| 156 | 156 | 157 | 26 | 7 | 6 |
| 155 | | 158 | 27 | 8 | 7 |
| 154 | | 159 | 28 | 9 | 8 |
| 153 | | 160 | 29 | 10 | 9 |
| 152 | 157 | 161 | 30 | 11 | 10 |
| | | | | *Alex.* | |
| 151 | | 162 | 31 | 1 *r* | 11 |
| 150 | | 163 | 32 | 2 | 12 |
| 149 | | 164 | 33 | 3 | 13 |

*n* Anno Græc.146. moritur Mathathias 1.Mach,2.v.70. cui ſuccedit Iudas eius filius. ib.cap.3. ver.1. Ducis officio fungitur ſexcennium.

*o* Antiochus V. Eupator IX. rex Syriæ parenti ſuo Epiphani ſuccedit anno Græc.149. 1.Mach. 6.v.16.& 17. Thronum regium occupat biennio.

*p* Demetrius Soter. Seleuci Philopatoris filius, fit X. rex Syriæ anno Græcor. 151. 1.Mach.7. v.1. Annos 11. regni moderatur habenas.

*q* Ionathas frater Iudæ Machabæi, principatum obtinet anno Græc.152. & gubernat ann.18.

*r* Alexander Bala qui & Veles ſublato Demetrio euadit XI. rex Syriæ, ann Græc. 162. 1. Machab. 10. ver.52.& 57.Regnat quinquennium.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testament.
A IV
17a



| *Ante Chr.* | *O-lymp.* | *Regni Græc.* | *R. Ægypti Philō.* | *R. Syriæ Alex.* | *Machabæi Ionat.* |
|---|---|---|---|---|---|
| 148 | 158 | 165 | 34 | 4 | 14 |
| 147 | | 166 | 35 | 5 | 15 |
| 146 | | 167 | *Phyſcō.* | *Dem.II* | 16 |
| | | | 1 t | 1 ſ | |
| 145 | | 168 | 2 | 2 | 17 |
| 144 | 159 | 169 | 3 | 3 | 18 |
| | | | | | *Simon.* |
| 143 | | 170 | 4 | 4 | 1 v |
| 142 | | 171 | 5 | 5 | 2 |
| | | | | *Tryphō* | |
| 141 | | 172 | 6 | 1 x | 3 |
| 140 | 160 | 173 | 7 | 2 | 4 |
| 139 | | 174 | 8 | 3 | 5 |
| 138 | | 175 | 9 | *Sidetes.* | 6 |
| | | | | 1 y | |
| 137 | | 176 | 10 | 2 | 7 |
| 136 | 161 | 177 | 11 | 3 | 8 |
| | | | | | *Hirc.* |
| 135 | | 178 | 12 | 4 | 1 z |
| 134 | | 179 | 13 | 5 | 2 |
| 133 | | 180 | 14 | 6 | 3 |

ſ Demet.II.So-
tor Demetrij ...
XII, rex Syriæ ...
parum adipiſc...
no Græc.16...
11 v.19. & ...
quinque.

t Ptol.Euergetes ...
Phyſcon VII, ...
gypti eodem ...
regnū procedit ...
quo Demetrius ...
tunc Philometor ...
ijt.1, Mach.11. ...
Porrò Phyſcon ...
gem geſſit annos ...

v Simonis ...
chabæi epocha ...
nus Græcorum ...
1, Machab.13. v. ...
cap.14.v.27.

x Tryphon ...
Demetrius ab ...
detineretur ...
occupat ...

y Antiochus ...
Soter, Pius, Deme...
Soteris filius ...
riæ inſignia ...
tur anno regni ...
corum 175. ...
vel ineunte, quia quartus eius annus incidit in primum Hircani.

z Simon Machabæus occiſus eſt anno Græc.177. expirante, hoc est, ...
no ante Chr.135. cui ſuccedit filius ſuus Ioannes Hircanus.

NO...

# NOTÆ ET QVÆSTIONES CHRONOLOGICÆ, IN LIB. I. MACHABÆOR.

## CAPVT I.

v.1. *POſtquam percuſſit Alexander Philippi Macedo, qui primus regnauit in Græcia egreſſus de terra Cetim Darium regem Perſarum & Medorum.* Alexander Magnus dicitur primus in Græcia regnaſſe, intellige ſubuerſo Perſarum & Medorum imperio: alioqui plures ante eum reges in Græcia fuerunt, ſed non erant Monarchæ. Percuſſit autem Darium Alexander anno ante æram Chriſti 331. Vide dicta in Dan. cap. 4. q. 5. num. 3.

*Quo ſenſu Alex. M. dicatur primus regnaſſe in Græcia.*

### Verſ. 8.

1. Regnauit Alexander annis duodecim, & mortuus eſt. Sicut Dauid habuit duo regnandi primordia, alterum, quo in Iuda, mortuo Saule, principatum adeptus eſt; alterum, quo omnibus tribubus Iſrael imperare cœpit. 2. Reg. 5. ver. 4. Ita Magnus Alexander primum mortuo ſuo parente Philippo, in regnum Macedoniæ ſucceſſit anno ante Chr. 336. Deinde Monarchiam à Perſis ad Græcos tranſtulit, vel deuicto ad Gaumela Dario Codomanno anno ante Chriſt. 331. vel potius anno ſequenti, Dario interempto, & capta Babylone. A priore initio regnauit annos 12. vt hic v. 8. exprimitur, & ſupputat S. Hieronymus Dan. 11. litera A. A poſteriore exordio, ſex tantum aut ſeptem annos imperio potitus eſt. Siquidem exceſſit ann. ante Ch. 324. vt alibi clarè oſtendi.

*Duo regnãdi primordia tribuũtur Alexand.*

2. Nec obſtat quod Strabo, ſub finem lib. 15. Alexandrum, dicat euerſo Dario, regnaſſe 10. aut 11. annos: hi enim proueniunt, à clade, quam Alexander ad Granicum amnem intulit Dario anno 3. Olymp. 111. vt teſtatur Diodorus. Hoc etenim fuit initium euerſionis Darij, quale initium quidam aſſignant excidij Niniues, quando à Cyaxare victi ſunt Aſſyrij, annis non paucis antequam Ninus euerteretur.

### Verſ. 11.

*Et exijt ex eis radix peccatrix Antiochus illuſtris filius Antiochi regis, qui fuit Romæ obſes & regnauit in anno centeſimo trigeſimo ſeptimo regni Græcorum.*

1. Saltanus ad annum m. 3879. num. 5. notat hunc annum 137. à nonnullis coniungi cum anno 2. Olympiad. 151. quos ipſe ſequitur, & initium regni Epiphanis tribuit anno ante Chriſti æram 175. Ego vero iſtum annum 137.

regni

P. H. Philippi
Chronologia Vet: Testamenti
A IV
17 a



*Ann. 137. regni Græc. annum 1. Olymp. 151. reuocatur.*

regni Græcorum reuoco ad annum 1. Olymp. 151. cum Euſebio & omnibus
lijs, qui annos Græcorum deducunt ab anno 1. Olympiadis 117. ...
initio regni Græcorum vſque ad hunc annum 137. excluſiuè, eff...
dæ 34. Olympiades, hoc eſt, anni 136. ſolares.

2. Torniellus in tabulis eodem ordine ponit annum 1. Antiochi Epipha-
nis, 137. regni Græcor. more Chaldaico, more autem Iudaico 138. & ...
Olymp. 151.

*Quomodo hic annus ab Alex. M. tempore deuucatur.*

3. Rabanus hunc annum ab epocha Seleucidarum hoc modo de...
Primus poſt Alex. Mag. Regnauit Syriæ, inquit, Seleucus cognomento Ni-
nor, annis 32. Secundus Antiochus qui vocabatur Soter annis decem ...
uem, tertius Antiochus qui vocabatur Theos, regnauit annis quinde...
Quartus Seleucus, qui cognominatus Gallerius. (Callinicus) filius An...
annis viginti. Quintus Seleucus Ceraunus filius Seleuci Gallerij (Calli...
annis tribus. Sextus Antiochus Magnus, quem ſcriptum hic, Antiochi ...
dicit eſſe patrem, qui frater erat Seleuci Cerauni, & filius Seleuci Callin...
gnauit annis triginta ſex. Septimus Seleucus, qui & Philopator cogno...
tus eſt annis duodecim: poſt quem Antiochus Epiphanes, qui & pr...
ue Nobilis dicitur frater Seleuci Philopatoris & filius Antiochi Magni...
nis 11. &c. *Colligitur*, inquit, *omne tempus regni Græcorum, à primo anno Seleuci Nica-*
*noris vſque ad initium regni Antiochi Epiphanis anni centum triginta ſeptem.* ...
bent Lyranus & Hugo. Ego vero Seleuco Nicanori tribuo annos 32. Ch...
nologicos, Antiocho Magno 37. Philopatori 11. in reliquis eorum ra...
ſubſcribo. Calculus autem Lyræ non videtur procul abeſſe à delirio ...
137. annos ab Alexandro Magno deducere conatur, contra omnium ...
corum fidem.

*Quotus hic fuerit annus ante Chr.*

4. Porro hic annus 137. Græcorum inijt anno ante Chr. 176. Cyclo So-
lis 2. lit. Dom. E. Cyclo Lunæ 16. Epacta 21. quę caput anni ſacri non ...
8. Aprilis, aut fortè 10. Martij, tunc abfuiſſe demonſtrat.

Verſ. 21.

*In centeſimo & quadrageſimo tertio anno*, ſubaudi regni Græcorum. Hic an-
nus inchoabatur anno ante Chr. 170. Cyclo Solis 8. lit. Dom. E. Cyclo Lunæ
3. lit. æquat. M, Epacta 28. exordio menſis Niſan haud multum à die ...
remoto.

Hunc annum Salianus componit, cum 4. Olymp. 152. Vrbis Condit...
ante vulgarem æram Chriſti 169. Q. Marcio Philippo II. & Cn. Seruilio C...
pione Coſſ. quibus tradit illatam Iudæis cladem, quæ hic ab iſto v. 21. ...
bitur, & addit Romanorum Legatos tunc in Ægypto Antiochum ...
ſe, quando vt narrat Liuius lib. 5. Deca. 5. Popilius Lænas regem ...

cunctantem, *virga quam in manu gerebat circumſcripſit, ac prius quam hoc circulo excedas,* inquit, *redde reſponſum Senatui quod referam. Obſtupefactus rex tam violento imperio, faciam,* inquit, *quod cenſet Senatus* &c. A qua Chronographia nonnihil diſcedo, ratus annum 143. Græcorum cœpiſſe anno ante Chriſtum 170. quo etiam inijt Olymp. 152. tertius, Vrbis 584. prædictis Coſſ. Legationem verò Popilij & alterum Antiochi reditum ex Ægypto in annum 145. differendum puto. Nam vt bene ex Liuio lib. 4. & 5. Decadis 5. aduertit Petauius, hæc Legatio incidit in illud fere tempus, quo cum Perſeo debellatum eſt. Conſtat autem ante pugnam, qua victus eſt, Lunarem fuiſſe defectionem, 3. Non. Sept. vitioſi Calendarij, ſiue 21. Iunij, ſtylo Iuliano, quam Sulpitius Gallus Galba Tribunus militum, pro concione prædixerat. Qui character infallibilis eſt anni ante Chr. 168 Olymp. 153. primi, Vrbis 586. L. Æmilio Paulo II. & C. Licinio Craſſo Coſſ. quibus ſæua tyrannis Antiochi, graſſata eſt in Iudæos vt hoc cap. narratur à v. 21. vſque ad 29. incluſiue. Vide infra lib. 2. cap. 5.

*Quis ſit annus 143. regni Græ. in hiſt. Romana.*

Verſ. 30.

*Et poſt duos annos dierum. miſit rex principem tributorum* &c. Hoc biennium ſupputatur ab anno 145. Græcorum, qui ex huius libri Methodo, vna cum menſe Niſan oriebatur circiter 11. Martij, anno ante Chriſtum 168. quo victus eſt Perſeus, vt paulo ante notabam.

Verſ. 57.

Die decima quinta menſis Casleu, quinto & quadrageſimo & centeſimo anno ædificauit rex Antiochus abominandum idolum abominationis ſuper altare Dei. Hæc inciderunt in diem circiter 16. Nouemb. fer. 4. anno ante Chriſtum 168. cyclo Solis 10. lit. Dom. B. cyclo Lunæ 5. Epacta 20. currente anno 1. Olymp. 153. vt habet Euſebius, & patet ex dictis q. 2. Non bene ſuos calculos digeſſerunt, qui vſque ad annum 2. illius Olympiadis iſta remorãtur.

Verſ. 62.

*Et quinta & vigeſima menſis ſacrificabant ſuper aram, quæ erat contra altare.* Hæc dies 25. Hebræis erat menſis Casleu, cuius præceſſit mentio verſ. 57. Romanis autem ſtylo Iuliano 26. Nou. fer. 7. Nonnulli reijciunt in diem 27. fer. 1.

---

## IN CAP. II. v. 1.

I*N diebus illis ſurrexit Mathathias,* anno ſcilicet 145. regni Græcorum, ante Chr. epocham 168.

Verſ. 70.

*Et defunctus eſt* (Mathathias) *anno centeſimo quadrageſimo ſexto,* nempe ante communem Chriſti æram 167. quo Niſan 30. Martij aperiebatur fer. 5. cyclo Solis 11. lit. Dom. A. cyclo Lunæ 6, Epacta 1. Hinc patet Mathathiæ principa-

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17a



tum, vnius duntaxat anni fuiſſe, nec forte integri, eique ſucceſſiſſe Iudam Ma-
chabæum illo anno Græcorum 146. ſiquidem eum parens ſuus militiæ prin-
cipem moriturus declararat, verſ. 66. nec vlla ratio ſuadet fuiſſe interregnum
inter obitum Mathathiæ, & principatum Iudæ. Vide ſupra quæſt. 5. num.
1. & 2.

---

CAP. III. v. 37.

ET *exiuit ab Antiochia ciuitate regni ſui anno centeſimo & quadrageſimo ſep-*
Hic annus 147. Græc. ducit originem ab anno ante Chr. 66. cyclo Lunæ
7. epacta 12. cyclo Solis 12. litera G, cum anni ſacri exordium non procul
ſtaret à die 19. Martij, fer. 2.

---

CAP. IV. v. 28.

ET *ſequenti anno congregauit Lyſias virorum electorum ſexaginta millia*
cet 148. Græcorum, quem hic liber accerſit à Neomenia Niſan,
accedebat ad 6. Aprilis, anno ante Chr. 165. cyclo Lunæ 8. epacta 23. cyclo So-
lis 13. lit. Dom. F. E.

Verſ. 52.

*Et ante matutinum ſurrexerunt, quinta & vigeſima die menſis noni,* (hic eſt
Casleu) *centeſimi quadrageſimi octaui anni*, intellige regni Græcorum,
triuſque libri Machabæorum. Hoc quadrat ad annum ante Chriſtum
quo dies 25. Casleu cadebat in vel propè diem 23. Nouembris. Trienno
eodem die 25. eiuſdem noni menſis, templum fuerat profanatum,
1. Mach. 1. v. 62. quod confirmat verſiculus 54. huius capitis.
*& ſecundum diem, in qua contaminauerunt illud gentes, in ipſa renouatum eſt.*
cap. 10. v. 5. *Qua die templum ab alienigenis pollutum fuerat*, contigit eadem die purifi-
*cationem fieri vigeſima quinta menſis, qui fuit Casleu.*

---

CAP. VI. verſ. 16.

ET *mortuus eſt ibi Antiochus rex, anno centeſimo quadrageſimo nono,*
gni Græc. ex methodo huius libri; ante Chriſtum 164. epacta
mordia Niſan indicat à die 27. Martij, haud longè diſſita fuiſſe.
putatione libri ſecundi erat adhuc in curſu annus Græcorum 148.
Eupator recens in regnum paternum promotus literas ad Iudæos
anno 148. menſis Xantici quintadecima die. 2. Mach. 11. verſ. 33.
Antiochum Epiphanem in Vere ſublatum è viuis, atque adeo
Græcorum 149. æræ prioris libri, æræ vero poſterioris 148. necdum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Olymp.154.primo,inſtante, quicquid contra Euſebium, ſine ratione reclamet Salianus ad an.m.3891.num.2.

Verſ.20.

*Et obſederunt eos anno centeſimo quinquageſimo* Græcorum: ante Chriſtum 163. cum caput anni ſacri ad 16.circiter diem Martij applicaretur currente epacta 15.& anno Sabbatico.

Verſ.53.

*Eſcæ non erant in ciuitate,eo quod ſeptimus annus eſſet,* hoc eſt,ſabbaticus,anno præcedenti labente 164. ante Chriſtum inchoatus, vt oſtendit tabella 2.ſabbatica,qu.3.in Leuit.Manu.Chron.tradita.Vnde patet,ea quæ hic v.50.& 51. de Bethſura & loco ſancto referuntur, geſta fuiſſe anno ſabbatico, antequam iniret primus Semitæ,in autumno anni ante Chriſtum 163.

## CAP. VII. Verſ.1.

A*Nno centeſimo quinquageſimo primo, exijt Demetrius Seleuci filius ab Vrbe Roma, & aſcendit cum paucis viris in ciuitatem maritimam, & regnauit illic.* Anno ante Chriſti æram 162.cyclo Lunæ 3.epacta 28.cyclo Solis 16.lit. Dom.B. Neomenia Niſan in vel prope diem 2.Aprilis incurrente,fer.7. Hic fuit Demetrius Soter, Seleuci fratris Antiochi Epiphanis filius, quondam obſes datus Romanis,qui ſpecie venationis Vrbe elapſus Tripolim venit, & ſecundo populi fauore vſus Eupatore & Lyſia trucidatis,exercitu & regno potitur.

Verſ.43.

*Et commiſerunt exercitus prælium tertia decima die menſis Adar, & contrita ſunt caſtra Nicanoris.* Nimirum anno 151. Græcorum deſinente, iuxta methodum huius libri,qui annus inierat Vere præcedentis anni. Commiſſus autē eſt conflictus anno ante Chriſtum 161.iam inchoato cyclo Lunæ 12.Epacta 7.quæ ad 22.Februarij menſem Adar aperiebat: ac proinde prælium initum fuerit circa 5.Martij quia hic annus erat biſſextilis,cyclo Solis 17.lit.Dom.A.G. Errat itaque Caluiſius,dum Nicanoris interitum adſcribit 24. Februarij, anno ante Chriſtum 160.

## CAP. IX. v.3.

I*N menſe primo anni centeſimi, & quinquageſimi ſecundi applicuerunt exercitum ad Ieruſalem.* Hic annus 152.regni Græcorum ortus eſt anno ante Chriſt.161. quando menſis primus anni ſacri, à 23.Martij aut circiter capiebat exordium. Caluiſius in 3.editione quadriennij parachroniſmo laborat,dum hæc tribuit, anno ante Chriſti æram 157.

(*⁎*)



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17 a



Verſ. 54.

*Et in anno centeſimo quinquageſimo tertio, menſe ſecundo præcep*...
*muros domus ſanctæ interioris*. Anno ante Ch. 160. cyclo Lunæ 13 ...
Sol. 18. lit. F. cum exordiũ anni ſacri, non procul abeſſet, à die 13. ...
ſis ſecundus iniret circa 11. Aprilis, fer. 5. Itaque rurſus hallucinatur ...
dum hoc ſignat anno ante æram Chriſti 159. ſiue vt ipſe computat ...
ante N. C. Hinc bene colligunt nonnulli recentiorum, contra Ioſephum ...
Caluiſium. Iudam in pontificatu non ſucceſſiſſe Alcimo: cum ...
conſtet, Alcimum vno circiter anno poſt mortem Iudæ, diſſolutum ...
miſerè interijſſe.

Verſ. 57.

*Et vidit Bacchides, quoniam mortuus eſt Alcimus, & reverſus eſt ad regem, &* ...
*terra duobus annis*, nempe à menſe ſecundo anni 153. Græcorum, vſque ...
curſum anni 155. quo anno videtur Bacchides Ionathæ ſtruxiſſe inſidias ...
bus detectis Ionathas quinquaginta è proditoribus interfecit, & ...
Bethbeſſen.

---

CAP. X. v. 1.

E*T anno centeſimo ſexageſimo aſcendit Alexander Antiochi filius, qui cognominatus*
*eſt Nobilis, & occupauit Ptolemaidam, & receperunt eum & regnauit ibi*. An...
te Chriſtum 153.

Verſ. 21.

*Et induit ſe Ionathas ſtola ſancta, ſeptimo menſe anno centeſimo ſexageſimo* ...
*ſollemni Scenopegia*. Anno ante Chriſti epocham 153. cyclo Lunæ, epacta ...
clo Solis 25. lit. Dom. E. D. Qua ratione feſtum tabernaculorum ...
diſtabat à die 2. Octob. Sethus refert ad 3. eiuſdem fer. 7. Addit hoc ...
*Sethus hic errat in ratione temporis.* *quatuor annis, vt Ioſephus habet, poſt mortem Iudæ Machabæi*. Hoc autem ...
mentum longè diſcrepat à veritate: nam ſtola ſancta indutus eſt Iona...
anno ante vulgarem Chriſti æram 153. vt indicant cycli Lunæ & Solis, ...
veluti characteres Caluiſius huic anno imprimit. Ad hunc annum ...
ijciantur, exurget annus ante Chriſti epocham 157. quo Iudas ...
rit. Quod ſi verum eſſet, Iudas 10. annis præfuiſſet: ſiquidem patri ...
thathiæ ſucceſſit anno ante æram Chriſti 167. cyclo Solis 11. Lunæ ...
notat ipſe Caluiſius. Quis autem veterum Iudæ principatui decem ...
tribuit? Deinde anno Græcorum 153. quo præcepit Alcimus deſtrui ...
domus ſanctæ, Ionathas mortuo Iuda, principatum tenebat, vt patet ...
9. v. 29. iuncto v. 54. De iſto anno 153. tolle decennium, quos Sethus ...
chabæo adſcribit, & remanebit annus Græcorum 143, cum tamen ...

dam non fuiſſe Ducem, ante obitum Mathathiæ, qui defunctus eſt anno 146. Græcorum 1. Mach. 2. v. 70. Denique ſi tantum quadriennium effluxiſſet ab obitu Iudæ, vſque ad annum 160. regni Græcorum, obijſſet Iudas anno Græcorum 156. cum tamen ex dictis liquido appareat eum anno 153. iam pridem fuiſſe vita functum. Imo Iudam cecidiſſe anno Græcorum 152. non obſcurè indicat lib. 1. Mach. cap. 9. v. 3. & ſequentibus. Itaque annus iſte 160. Græcorum concurrebat non cum quarto vel quinto, ſed cum nono à morte Iudæ Machabæi.

Verſ. 57.

*Et venit* (Ptolemæus) *Ptolemaidam anno centeſimo ſexageſimo ſecundo*, ſupple regni Græcorum, qui inijt anno ante Chriſtum 151. circa 2. Aprilis, quo anno Alexander, ſublato Demetrio, vxorem duxit Cleopatram filiam regis Ægypti.

Verſ. 67.

*In anno centeſimo ſexageſimo quinto, venit Demetrius filius Demetrij à Creta in terram patrum ſuorum.* Hic annus illuxit, fulgente anno ante Chr. 148. cyclo Lunæ 6. epacta 1. quæ primi menſis caput trahit ad diem circiter 30. Martij. Iſto anno Demetrius Demetrij, regno non eſt potitus ſed anno demum 167. Græcorum, vt conſtat ex cap. 11. v. 19.

---

CAP. XI. Verſ. 19.

*Et regnauit Demetrius anno centeſimo ſexageſimo ſeptimo.* Hic erat Demetrius II. Nicator, Demetrij Soteris F. qui regnum adeptus eſt anno ante Chriſtum 146. cyclo Lunæ 8. Epacta 23. cyclo Solis 4. quando initium anni ſacri veniebat in vel circa diem 6. Aprilis.

---

CAP. XIII. verſ. 41.

*Anno centeſimo ſeptuageſimo ablatum eſt iugum gentium ab Iſrael. & cœpit populus Iſrael ſcribere in tabulis & geſtis publicis anno primo, ſub Simone ſummo ſacerdote, magno duce & principe Iudæorum.* Hic annus 170 Græcorum inijt anno ante Chriſtum 143. circa 4. Aprilis, cyclo Lunæ 11. epacta 26. cyclo Solis 7. lit. Dom. F. Eſto Ionathas frater Simonis à Tryphone per inſidias occiſus fuerit anno 169. regni Græcorum, necdum exacto, vt notat Petauius lib. 10. capite 52. & alibi monuimus.

Verſ. 51.

*Et intrauerunt in eam* (arcem Ieroſolymitanam) *tertia & vigeſima die ſecundi menſis anno centeſimo ſeptuageſimo primo.* Hoc refero ad annum ante Chriſt. 142. cyclo Lunæ 12. Epacta 7. cyclo Solis 8. lit. Dom. E. cum dies 23. ſecundi menſis non procul abeſſet à 15. Maij, fer. 5.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17a



## CAP. XIV. v. I.

A*Nno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo congregauit rex Demetrius* [...] *& abijt in Mediam.* Anno ante Chr, 141.

Verſ. 27.

*Octaua decima die menſis Elul anno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo,* [...] *Simone ſacerdote magno* &c. *nota facta ſunt hæc.* Tunc vt arbitror Simoni [...] mata eſt Pontificia dignitas, & Principatus, Hic annus 172. Græcorum, [...] ius libri methodo, ſumpſit initium à die circiter 13. Mart. fer. 7. anno [...] 141. cyclo Lunæ 13. Solis 9. lit. Dom. D. C. Sic dies 18 Elul, qui eſt menſis [...] anni ſacri, haud magno interuallo aberat à die 24. Augusti fer. 3. Qui [...] Sethus, hunc diem putant fuiſſe 25. Auguſti fer. 4.

## CAP. XV. v. I.

A*Nno centeſimo ſeptuageſimo quarto exijt Antiochus in terram patrum ſuorum* [...] Huic anno 174. regni Græcorum initium dedit annus ante Chr[...] cyclo Lunæ 15. Solis 11. lit. Dom. A. Epacta 10; quæ innuit primordia [...] quærenda circa diem 21. Martij. Sub finem huius anni 174. Græcorum [...] choato iam anno ante Chr. 138. regnare cœpit Antiochus Sidetes, [...] credimus, qui 4. annum Sidetæ vult eſſe primum Ioannis Hircani.

## CAP. XVI. v. 14. & 16.

SImon *deſcendit in Iericho, ipſe & Mathathias filius eius, & Iudas* [...] *ſeptuageſimo ſeptimo menſe vndecimo, hic eſt menſis Sabath* &c. *& occiderunt* [...] *& duos filios eius.* Hic annus ex ſupputatione huius libri oriebatur [...] Chriſtum 136. circa 18. Martij feria 4. cyclo Lunæ 18. Solis 14. lit. Dom. D. [...] pacta 13. Menſis autem vndecimus inijt anno ante Chr. 135. circa diem [...] nuarij feria 5. cyclo Lunæ 19. Solis 15. lit. Dom. C. epacta 14. Quod [...] tetur Caluiſius anno ſuo ante Chriſtum natum 33.

Ab initio regni Cyri vſque ad mortem Simonis, ſiue finem libri primi [...] chabæorum ab Euſebio, S. Hieronymo & pluribus alijs computantur [...] 425. quod cum meis rationibus ad amuſſim congruit, nempe ter-
minis vtrimque in numerum ad-
ſcitis.

N

# NOTÆ ET QVÆSTIONES CHRONOLOGICÆ, IN LIB. II. MACHABÆOR.

## CAPVT I. v. 7.

*Regnante Demetrio, anno centeſimo ſexageſimo nono, nos Iudæi ſcripſimus in tribulatione.*

## QVÆSTIO VI.

## *Quando regnauerit iſte Demetrius.*

1. RAbanus & Gloſſa ordinaria, ex Ruperto, tradunt hunc Demetrium fuiſſe Soterem, qui Eupatorem proximè excepit, & ſummam horum 169. annorum hac ſupputatione colligunt. Ab epocha Seleucidarum vſque ad Antiochum Epiphanem numerantur anni 137. Inde Epiphanes imperauit annos 11. Eupator 2. Demetrius Soter 12 ex quibus conflunt an. 162. & ſic ad numerum 169 annorum hic expreſſorum deſiderātur anni 7. quos duobus modis ſuppleri poſſe ſcribunt. 1. Si ſeptennium ſumamus ex Annis Antigoni, qui Seleucum Nicanorem præceſſit. 2. Si ſeptem anni adſciſcantur, quibus poſt Demetrium Soterem regnauit Alexander, ignauus & regia maieſtate indignus. Priorem modum reijcit Hugo; poſteriorem recipit. Ego neutrum admitto. Nam *inprimis* quæ ratio excogitari poteſt, cur anni ſeptem Antigoni aſſumantur, non plures; non pauciores? *Deinde* cum alijs in locis auctor huius libri æram regni Græcorum vſurpat: quare hic ab altiore principio numerum iſtum 169. annorum deducat? *Tertio* Alexander, qui Demetrium Nicanorem ſecutus eſt, regnauit tantum quinquennio, & occiſus eſt anno Græcorum 167. 1. Machab. 9. vt ſupra docui q. 4. in Machab. *Quarto* eſt plane inſolens ea computatio, qua omnes anni Alexandri, tribuuntur eius anteceſſori, iam aliquot annis ante perempto. Demetrius autem Soter occiſus eſt anno Græcorum 162. 1. Mach. 10. ver. 50. & 57. *Quintò* perperam addit Gloſſa ex Ruperto hunc annum 169. fuiſſe, quartum Ionathę. Fuit quidem vltimus: nam anno ſequente hoc eſt, 170. Græcorum cœpit populus numerare annum primum Simonis. Ex quo vero Ionathas ſuſceperat ſuæ gentis principatum, annus 18. agebatur: quandoquidem Iudas in prælio cecidit anno Græcor. 152.

*Sententia Rabani & Gloſſæ ordinariæ.*

*Supputatio hæc nō probatur.*

*Sextò,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17a



*Sextò*, Demetrius Demetrij regnare cœpit anno Græc. 167. 1. Machab.
& anno 172. abijt in Mediam ib. cap. 14. v. 1. Igitur anno 169, idem imperio
& ex communi ſententia, contra pauculos iam refutatos, ille
Iudæi Ieroſolymitani, ad Ægyptios hic ſcripſiſſe dicuntur erat Demetri
cator, Demetrij Soteris filius, cuius Nicatoris annus 3. incidit in 169.
Græcorum, quam ſummam hac ratione ex annis regum Syriæ colliges.
Antiochus Epiphanes ad regni faſtigium prouectus eſt, anno Græcorum
ergo ante illius imperium anni 136. elapſi ſunt: his adde 12. ipſius Epiph
2. Eupatoris, Demetrij Soteris II. Alexandri 5. & Demetrij Nicatoris
bus exurgit, annus 169. regni Græcorum. Denique hic annus 169. ex
do huius libri 2. Machab. ab autumno, atque adeo, vt plerique cenſent,
ſe Tiſri computatur, anni ante Chriſtum 144. circa 9. Septembris
næ 10. Solis 6. lit. Dom. G. Epacta 15.

Verſ. 9.

*Frequentate dies Scenopegiæ menſis Caſleu.* Scenopegia ſiue feſtum taberna
*Quid ſit Scenopegia* lorum ex lege Moyſis celebrabatur menſe Tiſri: feſtum autem purificationis
pli, quod etiam Scenopegia eſt appellatum, agebatur menſe Caſleu.
ipſum indicat verſiculus 18. *Facturi igitur quinta & vigeſima die menſis Caſleu*
*rificationem templi, neceſſarium duximus ſcribere vobis, vt & vos quoque agatis*
*Scenopegiæ.* Cauſa verò cur hoc feſtum nono menſe inſtitutum &
Scenopegię vocatum ſit, aperitur infrà cap. 10. v. 6. *Et cum lætitia diebus*
*runt, in modum tabernaculorum, recordantes, quod ante modicum temporis*
*nem tabernaculorum in montibus, & ſpeluncis more beſtiarum egerant.*
*thyrſos & ramos virides & palmas præferebant ei, qui proſperauit mundari*

Verſ. 10.

*Anno centeſimo octogeſimo octauo.*

## QVÆSTIO VII.

## *Vnde ſupputetur iſte annus* 188.

*Lirani ſententia.* 1. LYranus in hunc locum ait probabiliter dici poſſe annum iſtum 188.
dire ab anno 12. Aſſueri, quando populus Iudaicus internecioni
man paratæ, miro modo ſubductus fuit, & deſinere in eum ferè annum,
Iudas Machabæus, haud pridem ſacram ædem curauerat expurgandam.
coniecturæ duas cauſas affert. 1. Quod Iudæi ſoleant ſuas æras auſpicari
bus mirabilibus, qualis tunc fuit euaſio gentis Iudaicæ, à periculo
nentis. 2. Quod liberatio quæ ſub Antiocho Epiphane contigit
ei ſimilis quæ acciderat ſub Aſſuero. Hunc autem Aſſuerum putat
annos circiter 40. & ſic ab anno eius incluſiuè 12. remanere annos

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hebræorum placito ſucceſſiſſe Darium Eſtheris coniugem, qui vſque ad reſtaurationem templi perfectam regnauerit 6. annos: huic ſucceſſiſſe Alexandrum Magnum, à quo vſque ad repurgatum per Machabæos templum numerat annos 148. & ſic coaceruat annum 188. hic poſitum.

2. Quæ computatio penitus explodenda eſt, tanquam liberè ficta, vel è Iudæorum deliramentis arrepta. Duæ rationes allatæ ſolum probant aliquam æram deduci potuiſſe ab illo anno 12. Aſſueri: re autem ipſa hoſce 188. numerandos eſſe, nulli hiſtoriarum perito vnquam ſuadebunt. Darius ſub quo reſtauratum eſt templum, filius Hyſtaſpis, vt ſuo loco probaui: ante illum regnauit Smerdes, non integro anno; ante Smerdem Cambyſes non 40. annis, ſed ſeptennio duntaxat, & aliquot menſibus, ac proinde ex eius regno, non poſſunt deſumi 29. anni. Adhæc Lyranus perperam Darium Hyſtaſpis, cuius anno 6. templum ſecundum fuit abſolutum, confundit cum Dario Arſami, qui anno 6. ſui imperij, ab Alexandro fuit profligatus: nec bene annos regni Græcorum ab Alexandro deriuat. Darius Codomannus victus eſt ab Alexandro, anno ante Chriſtum 331. templum abſolutum anno 6. Darij Hyſtaſpis; ante Chriſtum 515. Sic Lyranus Iudæos ſecutus, à numeris, ad quos canere debuiſſet annis 180. & eo amplius exerrauit. Denique non video modum, quo ex annis Aſſueri, Darij & regni Græcorum colligi poſſit annus 188. hic notatus. *Reijcitur cōputatio Lyrani.*

3. Torniellus ad annum m. 3892. num. 6. late docet contra Lyranum, Hugonem & eorum aſſeclas annum iſtum non ſupputari ab anno 12. Aſſueri Eſtheris mariti. Nam præterquam, quod nullum iſtius æræ exemplum reperiatur; Hugonis & ſociorum eius rationes in multis euidenter peccant, vt oſtendit Bellarminus lib. 1. de Verbo Dei cap. 15. & colligere licet ex eis, quæ numero præcedenti afferebam. Deinde *ab anno 12. Aſſueri*, inquit, *vſque ad tempora principatus Iudæ Machabæi, non centum duntaxat octoginta octo, ſed plures ducentis annos conſtat reperiri.* Ab anno 12. Longimani, vſque ad tempus, quo ſancta Domus à Iuda Machabæo, ſuo nitori reſtituta eſt, numerat annos ſaltem 290. Ab anno 12. Artaxerxis Mnemonis, colligit annos non minus 230. Ab anno 12. Ochi, non poſſe annos 188. de quibus agimus accerſiri, ex eo probat, quod indidem etiam annus 169. qui hic verſ. 9. ſignatur, numerandus eſſet, cùm dari non poſſit ratio diuerſitatis. Hoc autem fieri nequit: quia annus 169. ab anno 12. Ochi profectus, non attingit vllum annum Demetrij regnantis. *Tornielli ſententia.*

4. Sententia Tornielli eſt communis, quam breuiter hoc argumento confirmo, ex ijs, quæ annotabam in lib. Eſtheris cap. 1. Octo ſunt de iſto Aſſuero opiniones. 1. aſſerit fuiſſe Aſtyagem. 2. Darium Medum. 3. Cambyſem. 4. Darium Hyſtaſpis. 5. Xerxē. 6. Artaxerxem Longimanum, 7. Mnemonem. *Octo de Aſſuero opiniones.*

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17a



8. Ochum. Hanc autem vltimam falſam eſſe, vel ex eo conſtat, quod tunc do liber Eſther apud Hebræos non eſſet canonicus; canonem enim ſacrorum librorum ſub Artaxerxe, qui Eſdram & Nehemiam remiſit Ieroſolymam co- ctorum aſſerunt, & habet Ioſephus contra Appionem. Taceo haud facile o- ſtendi poſſe hanc epiſtolam anno 188. datam eſſe, ex quo Ochus annum 1. ge- gerat imperij. Cæteri verò, qui putantur fuiſſe mariti Eſtheris, diuturnis annis 188. templi reparationem præceſſerunt. Hæc enim facta eſt anno ante æram Chriſti 165. annus vero 12. Mnemonis incidit in 394. ante eandem æ- ram. Ergo diaſtema eſt 229. annorum. Deinde quando Iudæi hanc epiſtolam ſcripſerunt, templum iam purgatum erat. Itaque ab anno 12. Mnemonis vſ- que ad huius epiſtolæ tempus, effluxerunt, vt minimum anni 230. vt bene putat Torniellus. Longimanus autem Xerxes, & alii, qui apud auctores de Eſtheris coniugio certant, longe priores fuere ipſo Mnemone quo fit, vt mul- to minus hic annus 188, ab eorum regnis deduci poſſit.

> *Annus hic 188. ab Epocha regni Græc. putandus.*

5. Standum igitur communi ſententia, & hic annus 188. ab epocha re- gni Græcorum putandus eſt, quod facit Serarius in hunc locum, Bellarminus lib. 1. de Verbo Dei cap. 15. Canus lib. 2. de locis Theologicis cap. 11. Tornielus, Salianus &c. Eſt tamen inter auctores diſceptatio, vtrum hæc verba, *anno centeſimo octogeſimo octauo*, iungenda ſint cum præcedentibus, an verò cum ſequentibus? Siquidem Canus, Bellarminus, Serarius, Sa, Torniellus, cen- ſent illa eſſe clauſulam præcedentis epiſtolæ; ſubſequentem autem epiſtolam ordiuntur ab illis verbis: *populus qui eſt Ieroſolymis*, & volunt eſſe ſcriptam viuente adhuc Iuda Machabæo circa annum Græcorum 150. Probant primò:

> *Quo referenda ſint illa verba anno 188. Cur iungenda videātur cū præcedentibus.*

dici non poteſt, quiſnam fuerit Iudas iſte cuius initio huius epiſtolæ mentio exprimitur, ver. 10. niſi Iudas Machabæus. *Secundò*, Ariſtobolus, qui recenſetur in eis, ad quos mittitur epiſtola fuit Iudæus natione, inſignis Peripateticus, Ptolemæi Philometoris Magiſter, ſiue Rabbinus. Philometor autem mor- tuus eſt, anno Græcorum 167 quomodo igitur anno Græcorum 188. vi- poteſt magiſter Philometoris ante 22. annos mortui? *Tertiò*, Hæc epiſtola vide- *tur eſſe denunciatio Iudæis in AEgypto commorantibus facta*, inquit Torniellus, *vt ipſi deinceps agerent feſta purificationis templi in modum Scenopegiæ &c*, Ergo multo credibilius eſt, has literas eſſe ſcriptas anno 150 Græcorum, quam poſt 38. ferè annos, ab eadem feſtorum inſtitutione. Hinc concludit ternas literas in AEgyptum miſſas, & hic ordine temporis minimè ſeruato recenſeri. Pri- mas datas anno Græcorum 188. quæ ab initio primi capitis, vſque ad verſum decimum deſcribuntur. Secundas anno Græcorum 169. quarum initium eſt verſiculus ſeptimus. Tertias denique an. Græcor. 150. inceptas illis verbis *Populus qui eſt Ieroſolymis.*

Quo

*Quartò.* Non eſt moris, initio epiſtolarum, ſed in fine, notam temporis apponere. Ergo verba illa, *anno centeſimo octogeſimo octauo* pertinent ad epiſtolam præcedentem.

6. In contrarium autem ratio grauis occurrit, quæ aduerſarios non latet, ſed angit, vt fatetur Torniellus: nam omnia exemplaria Latina & pleraque Græca, periodum ordiuntur iſtis verbis: *Anno centeſimo octogeſimo octauo.* atque ita omnia ferè eſſent vitioſa. Deinde omnia exemplaria, tam Græca quam Latina, meo iudicio, indicant Iudæos inuitari ad feſtum Scenopegiæ noni menſis anno 188. celebrandum. Nam vel prolixam illam epiſtolam auſpicantur, à notatione anni 188. vel (vt in paucis Græcis legimus) ſic habent: Et nunc, vt agatis dies Scenopegiæ menſis Casleu, anni, ſiue anno 188. q. d. ſcripſimus vobis anno 169. in tribulatione &c. & nunc ſcribimus, vt agatis feſtum Scenopegiæ menſis Casleu anno centeſimo octogeſimo octauo. Siue ergo hanc, ſiue illam lectionem ſequamur, ſenſus erit, Iudæos AEgyptienſes commonefieri ad Scenopegiam menſis Casleu anno illo 188. celebrandam. Improbabile autem mihi videtur Iudæos alio anno moneri ad colendum hoc feſtum, quam illo ipſo 188. iam quidem inchoato: ſed nedum vſque ad menſem Casleu producto. Quare exiſtimo hic duas tantum epiſtolas recenſeri, vnam anno 169. datam; alteram 188. quod fateri debent ij, qui editionem vulgatam retinent, & vltimam epiſtolam auſpicantur illis verbis: *anno centeſimo* &c. cum Mariana, Saliano &c. Neque etiam Latina, neque Græca interpunctio mihi corrigenda videtur, cum vtraque in eandem conſpirent ſententiam, nimirum inuitari Iudæos à Iudæis, ad agendum feſtum Scenopegiæ noni menſis anno centeſimo octogeſimo octauo.

*Cur cum conſequẽtibus.*

7. Non enim adeo ſunt efficaces contrariæ opinionis rationes, vt propter illas textus vulgatæ editionis Sixti V. quaſi male tornatus incudi reddendus ſit. Ad primam probabiliter dici poteſt hunc Iudam fuiſſe ſecta Eſſenum religione & prophetiæ gratia celebrem, cuius prædictiones nunquam fefellerunt, quique Antigoni filij Hircani necem, neciſque diem ac locum prædixerit, vt tradit Ioſephus lib. 13. Antiq. cap. 19. Ita Serarius 2. Mach. q. 2. & Salianus, num 8. quorum ſententiæ malo ſubſcribere, quam mutare ſacram paginam auctoritate Sixti V. & Clementis VIII. confirmatam. Quamuis etiam dici poſſit, non conſtare quiſnam iſte Iudas fuerit: quia res Iudaicas hiſce temporibus geſtas ſoli profani auctores, imò ſolus Ioſephus ex profeſſo proſecutus videtur: cæteri obiter delibarunt, vt mirum non ſit iſtius Iudæ mentionem aliàs non reperiri.

*Reſpondetur argumentis oppoſita ſententia.*

8. Ad 2. reſpondet Lyranus hunc Ariſtobulum fuiſſe Magiſtrum Philo-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17a



metoris, nepotis Antiochi Epiphanis, & ſic floruiſſe temporibus Iudæ Ma-
chabæi: Sed bonus hic dormitat Homerus. Ptolomæus enim Philometor
rex Ægypti: Antiochus autem Epiphanes Syriæ.

9. Bene reſpondet Salianus, non eſſe hanc denunciationem ſolemni-
tionem ad dies feſtos, qui iam olim inſtituti fuerant, anno 188. celebran-
Quem ſenſum agnoſcere debet cum ſuis Torniellus, quando primam epiſto-
lam his verbis concludit: Frequentate, ſiue agite (vt Græcus habet) dies Sce-
nopegiæ menſis Casleu, anno 188. Quocirca, de duabus epiſtolis hic ...
contexitur. Prior data fuit anno Græcorum 169. poſterior 188.

10. Ad 4. Dico equidem id non paſſim fieri, præſertim quando mittuntur
ipſæ epiſtolæ ſeparatim: at verò quando referuntur tantum hiſtoricè liber
eſt referenti vel ad initium, vel ad finem literarum, eis imprimere ...
characterem. Taceo mercatoribus in Germania morem eſſe, initio epiſtola-
rum diem & locum præfigere.

---

CAP. II. v. 10.

1. *Sicut & Moyſes orabat ad Dominum, & deſcendit ignis de cœlo, & conſumpſit holo-
cauſtum.* Id accidit anno 2. Exodi, die octaua primi menſis quando ...
*egreſſus à Domino deuorauit holocauſtum, & adipes qui erant ſuper altare.* Leuit. 9.
Quod refero ad annum ante æram Chriſti 1496.

2. Simile miraculum factum eſt poſt annos ſolidos 485. die primo dedi-
cationis templi Salomonis, de quo hic ſubtexitur: *ſic & Salomon orauit, & de-
ſcendit ignis de cœlo, & conſumpſit holocauſtum.* & 2. Paral. 7. ver. 1. Cumque com-
*Salomon fundens preces, ignis deſcendit de cœlo, & deuorauit holocauſta & victimas.*
Hoc meæ rationes tribuunt anno vndecimo Salomonis (quidam ...
ante Chriſti æram 1011. cui ſi adijcias 485. proueniet annus ante eandem æ-
ram 1496. Nam ab Exodo vſque ad templum anno 4. Salomonis fundatum
incluſiuè, colliguntur anni 480. 3. Reg. 6. v. 1. adde 6. alios annos vſque ad an-
num 11. Salomonis excluſiuè ſupputatos & conflabis numerum annorum ...
hinc autem tollendus eſt annus primus Exodi, & ſic remanebunt 485.

3. Tempus autem, quo Nehemias ſimile miraculum vidit, obſcurum ...
Si referatur ad illum Nehemiam, qui anno 20. Artaxerxis venit Ieroſolymam
& muros illius, diebus 52. reſtaurauit, ac die vigeſimo quinto menſis E-
lul opus compleuit, vt ſcribitur 2. Eſdræ 6. v. 12. id anno ante Chriſtum ...
commodè poterit aſſignari, nempe annis 567. poſt dedicationem templi Sa-
lomonis. Quos ſi ad hunc annum 444. ante Chriſtum adiunxeris, conſurget
annus ille 1011. ante vulgarem noſtram epocham igne cœlitus ad ſacrificia Sa-
lomonis delapſo nobilitatus.

*Deſcenſus miraculoſi ignis inter ſe collati in ratione temporũ.*

4. Porrò cum ex ſententia Baronij à multis recepta Spiritus S. in linguis igneis datus ſit Apoſtolis anno 34. à Chriſti Natiuitate, hoc eſt, anno 32. æræ vulgaris Chriſti: facile eſt deducere, quot annis ferè, hæc de igne miracula diſtent, à miſſione Spiritus S. Ad 32. adde 444. & habebis diaſtema annor. 476. quibus ignis datus Nehemiæ, priuſquam Spiritus S. Apoſtolis. Pari ratione, ſi ad 32. appoſueris 1011. comperies Spiritum S. Apoſtolis miſſum, anno 1043. à dedicatione templi Salomonis. Si denique addideris ad 32. annos 1496. colliges Spiritum S. ignis ſpecie illapſum Apoſtolis anno 1528. ex quo ſub Moyſe, *ignis egreſſus à Domino deuorauit holocauſta.*

5. Serarius in hunc locum q. 13. diem dati ignis tempore Nehemiæ, putat fuiſſe tertiam menſis Adar, anno 6. Darij, vt narratur 1. Eſdræ 6. à verſ. 15. quia tunc Nehemiam præſentem & templo ædificando opem contuliſſe autumat. Quid ſi verum coniectat: hoc miraculum accidit ſub initium anni ante æram Chriſti 515. ante aduentum Spiritus S. 547. Alij alio tempore id conſignant. Res eſt incerta, & ſolis coniecturis nititur.

## CAP. III. v. 3.

*Quis fuerit hic Seleucus.*

*ITa vt Seleucus Aſiæ rex, de reditibus ſuis præſtaret omnes ſumptus ad miniſterium ſacrificiorũ pertinentes.* Hic Seleucus non fuit Nicanor primus regũ Aſiæ & Syriæ, poſt obitum Alexandri M. ad initium æræ Seleucidarum, ſiue regni Græcorum, vt bene contra Gorionidem aduertit Serarius in hunc locum: ſed Seleucus IV. cognomento Philopator, ſeptimus in ſerie Seleucidarum. Ille enim ipſe eſt, de quo hic cap. 4. v. 7. *poſt Seleuci vitæ exceſſum, cum ſuſcepiſſet regnum Antiochus, qui nobilis appellabatur* &c. Certum autem eſt, Antiochum Epiphanem imperaſſe proximè poſt Seleucum Philopatorem, qui regnum inijt anno ante Chriſti æram 187. regnauitque per annos ſolidos 11. vſque ad annum ante eandem æram 176. quo aperiebatur annus 137. regni Græcorum, Antiochi Epiphanis enthroniſmo nobilitatus. Quod hic Seleucus fuerit Philopator cenſent plerique omnes Scriptorum, Petauius in tabulis ad annum periodi Iulianæ 4528. Salianus ad annum m. 3870. num. 3. Torniellus ad annum m. 3868. numer. 2 Hugo, Gloſſa ordinaria, Lyranus, Rabanus in hunc locum, & alij. Ex quibus conſtat, ea quæ hic de Heliodoro narrantur, contigiſſe, ante principatum Antiochi Epiphanis, atque adeo ante tempora Iudæ Machabæi & fratrum eius.

## CAP. IV. v. 23.

*Vnde numerandũ hoc triennium.*

ET poſt triennij tempus miſit Iaſon Menelaum &c. Quidam vt Sanctius in hunc locum, numerant hoc triennium ab aduentu Regis Antiochi in Vr-



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

P. H. Philippi
Chronologia Vet: Testamenti
A IV 17



bem, de quo, verſiculo præcedenti. Idem cenſet Petauius lib. 10. cap. 12.
Rex circa annum 2. aut 3. regni ſui Ieroſolymam venerit, & Iaſon in
tificatus ſui in ordinem ſit redactus. Cœpit enim, inquit, anno Græcorum
vel ſequenti, & anno circiter 143. vel ſequenti à Menelao deturbatus.
probabilius, vt opinor, triennium iſtud ſupputant ex quo Iaſon Onia
ſurripuerat pontificatum. Ita Torniellus ad annum m. 3881. num. 2.
lianus ibidem num. 6. qui hos tres annos putat exactos, & quartum
fuiſſe, ex quo Iaſon ſolio Pontificio incubabat. Quam in ſententiam
videtur Petauius in tabulis ad ann. periodi Iulianæ 4538. quo ſcribit Iaſon
Antiocho ſacerdotium impetraſſe, anno verò 4540. Antiochum Apol
duce in AEgyptum miſſo Jeroſolymam ingreſſum & ab Jaſone magno
honore ſuſceptum, atque anno ſequenti Menelaum ab Jaſone cum p
ad regem miſſum, & Pontificatum ad ſe detorſiſſe.

CAP. V. v. 12.

H*Is itaque geſtis, ſuſpicatus eſt rex, ſocietatem deſerturos Iudæos, & ob hoc profectus ex AEgypto efferatis animis, ciuitatem quidem armis cepit.* Non eſt dubium
hæc & ſequentia intelligantur de clade quam Antiochus Epiphanes
lit Vrbi Jeroſolymitanæ: de tempore autem huiuſce calamitatis, d
ſolet.

## QVÆSTIO VIII.

## *Quo tempore Antiochus Epiphanes vaſtarit Jeruſalem.*

1. ID contigiſſe videtur anno Græcorum 143. quia ad hunc annum re
1. Mach. 1. verſ. 21. quam Chronographiam ſequuntur Joſephus, Eu
Hieronymus, Salianus, Torniellus, & pleríque interpretum huius loci,
rarius, Sanctius, &c. Quod etiam id acciderit poſt ſecundam expeditio
ægyptum ab Antiocho Epiphane ſuſceptam indicare videtur auctor
Machabæorum cap. 5. vbi cum narraſſet Antiochum *paraſſe ſecundam pr
nem in AEgyptum*, ſubijcit portenta belli Jeroſolymis apparuiſſe, falſ
morem de morte Antiochi ſparſum, Jaſonem armata manu Vrbem in
& Menelaum profugiſſe in arcem: tum v. 11. ſubtexuit. *His itaque geſtis ſuſ
eſt rex, ſocietatem deſerturos Iudæos & ob hoc profectus ex AEgypto efferatis ani
tatem quidem armis cepit.* Denique malis quæ tunc Jeroſolymis illata
ſitis, tandem concludit, v. 21. *Igitur Antiochus mille & octingentis ablatis
talentis, velociter Antiochiam regreſſus eſt.* Nec eſt quod quiſpiam dicat

ab Antiocho ſpoliatam & Sanctuarium prafano Tyranni ingreſſu contaminatum, idque tam exiguo tempore: quomodo enim tam cito nouis ornamentis Judæi ſuum templum inſtruxiſſent?

2. E contrario vero obſiſtit auctoritas Liuij, qui tradit Perſeo iam deuicto, Antiochum legatione Popilij coactum, ex Ægypto copias eduxiſſe. Conſtat autem victum Perſeum poſt annum 143. regni Græcorum.

*Quomodo Romana Chronologia conciliãda cũ Hebraica.*

3. Serarius in cap. 1. libri 1. Machab. docet Jeroſolymam ſemel duntaxat ab Epiphane ſpoliatam, anno Græcor. 143. Vrbis conditæ 585. Olymp. 152. quarto, Antiochum duplex in Ægypto bellum geſſiſſe, vtriuſque mentionem fieri libro 1 Machabæorum; ſed ibi ſolius poſterioris finiti tempus adſcribi, nempe annum 143. regni Græcorum, libro autem 2. Machab. cap. 4. agi putat de bello priori, & cap. 5. de initio & fine poſterioris. Adnectit, finem huius poſterioris belli in eum annum incidere, quo deuictus eſt Perſeus: ſed Liuium erraſſe, dum finitam hanc expeditionem narrat anno ſequenti, hoc eſt, Vrbis Cond. 586.

4. Gaſpar Sanctius in cap. 1. lib. 1. Machab. Vrbis Ieroſolymitanæ calamitatem libro iſto recenſitam affirmat eſſe vnam eandemque cum ea, quæ lib. 2. Mach. cap. 5. deſcribitur, & Judæis illatam annis ab initio regni Epiphanis ſex euolutis, ſcilicet anno Græcorum 143. cum Antiochus iuſſu Romanorum ex Ægypto copias eduxiſſet, poſt annos, inquit, ferè trecentos & quinquaginta ſex, quàm templum eſt à Zorobabele & Ieſu ſacerdote magno reſtitutum. Quibus calculis ſemel poſitis, ait principem tributorum ab Antiocho miſſum in ciuitates Juda anno 2. ex quo ipſe Epiphanes onuſtus Solymitana præda in patriam redierat: quod *poſt duos annos dierum* contigiſſe dicitur 1. Machab. 1. v. 30.

5. Idem in communi cenſent Torniellus & Salianus ad ann. m. 3885. vbi referunt templum ab Antiocho ſpoliatum, & Vrbem graui plaga affectam, anno Græcorum 143. poſt expeditionem Ægyptiacam. Quod latius explicans ibidem Salianus, ait id quidem aſſerendum, niſi à Scriptura diſcedere placet: ſed huic Chronologiæ repugnare Romanam, ſi Polybio & Liuio credimus, quæ ſolutam Alexandriæ oppugnationem refert ad annum Vrbis 585. Si quis Chronologiam profanam cum ſacra velit conciliare, putat æram regni Græc. biennio ſetius, quàm fert communis ſententia inchoandam. Itaque num. 17. concludit iſtam cladem abſoluto bello Ægyptiaco contigiſſe: verſic. 21 cap. 1. lib. 1. Machab. Ita legendum ex Græco & Latinis correctioribus: *Poſtquam percuſſit AEgyptum, in centeſimo & quadrageſimo tertio anno.* Deinde interpunctione addita: *& aſcendit ad Iſrael, & aſcendit Ieroſolymam in multitudine graui:* nimirum circa annum 143. exeuntem & quartum ineuntem & progredientem.

6. Apud

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17a



6. Apud Petauium lib.13.in tabulis,res iſtæ intricatæ ſunt, non ex aucto-
ris inſcitia,ſed amanuenſis aut typographi oſcitantia. Nam anno ante Chri-
ſtum 173. ait Menelaum ab rege Antiocho Sacerdotium obtinuiſſe. Anno
ſeq.qui fuit ante Chriſti æram 172. Antiochum primam expeditionem in Æ-
gyptum ſuſcepiſſe. Anno ante eandem æram 171. *Iaſon,inquit,Pontifex Iudæo-*
*rum à Menelao Pontificatu deijcitur. Antiochus ſecundò in Ægyptum veniens à*
*Romanorum Legato cœptis abſterretur.* Anno ante prædictam æram 170. qui
annus Græcorum 143.notat Iaſonem falſo rumore de Antiochi obitu
Ieroſolymam cum armis irrupiſſe, vt narratur 2.Machab.5. tum Antiochum
Ægypto excluſum Ieroſolymam inijſſe,ibique crudeliſſimè bacchatum,
vaſa diripuiſſe,ex illo cap.5. iam citato & 1.Machab.1. Tum poſt biennium
nempe anno ante communem Chriſti æram 168.regni Græc.145.
Popilium Legatum, cum ſocijs ſuis in Ægyptum veniſſe. Interim Antiochus,
inquit,in Ægyptum profectus, Alexandriam ingreſſus templum
anno Seleucidarum 145.ex lib.1.Machab.cap.1.Hæc,inquam,intricata
obſcura:ſic enim videtur Antiochus anno ante Chriſtum 172. primam ex-
ditionem in Ægyptum;alteram anno ſeq.hoc eſt 171.ſuſcepiſſe. Deinde Po-
lius Romanorum Legatus in AEgyptum veniſſet anno illo ante Chriſt.
rurſum anno 168. Adhæc neſcias inde, vtrum Menelaus Iaſone in
redacto, intruſus fuerit in Pontificatum anno ante Chriſtum 173. an
Cætera omitto,quæ clarius exponit idem auctor lib.5. Rationarij cap.
diſertè tradit paulo antequam Aegyptum peteret Antiochus poſt mortem
Iaſonis Pontificatum anno Græcor.142. ante Chriſt.171. Menelaum ab
ſummum ſacerdotium obtinuiſſe. Anno Græc.143. Antiochum fruſtra
tis mœnibus Alexandriæ cum Peluſij validum præſidium conſtituiſſet,
Ieroſolymam, vt 1.Mach.1.legitur, ibi templum diripuiſſe, cædem fecisse.
Anno Græc.144. Antiochum aduerſus Aegyptios acrius bellum compa-
Anno Græcor.145. Legatos Romanorum poſt victum Perſeum regem, Ale-
xandriam perueniſſe anno Vrbis 586.& incumbentem in Vrbis obſidionem
Antiochum ſua auctoritate repreſſiſſe. Denique eodem anno Ieroſolymam
veniſſe Epiphanem, rapinis, cædibus, ſacrilegijs Vrbem vexaſſe, ſuper
altare Dei ſimulacrum erexiſſe,poſt duos annos ab aduentu priore
cima die Caſleu. Plura ex diuerſis auctorum opinionibus referre,
videtur opus eſſe.

7. Vt autem hæc difficultas ritè expediatur aduerto 1.Romanos de
Perſeo victoriam retuliſſe anno ante Chriſtum 168. vt conſtat ex
la eclipſi Lunæ, quæ commiſſa eſt, nocte quæ media fuit inter 21.& 22.
Iunij ſtylo Iuliano, de quâ alibi latius diſputaui, tunc iam in curſu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vrbis 586.regni Græcorum 145.ex methodo libri primi Machab. ſub initium anni 1.Olympiad.153.L.AEmilio Paulo II.& C.Licinio Craſſo Coſſ.2.Anno 143.regni Græc. cœpiſſe anno ante vulgarem epocham Chriſtianorum 170. quicquid nonnulli Chronologiæ præceptis non ſatis inſtructi reclament, ac proinde,ſi iam tunc iuſſu Romanorum Antiochus ſoluit Alexandrinam obſidionem; Liuius biennio tardius Popilij Legationem deſcripſit,quam oportuiſſet.3.Antiochum Epiphanem bis veniſſe Ieroſolymam, ante Perſeum debellatum,ſi Liuio credimus, *primò* quidem ante primam expeditionem ſuam in Ægyptum: quando magnificè ab Jaſone & ciuitate exceptus eſt,& inde in Phœnicem conuertit exercitum 2.Machab.4.v.22. *Secundò* poſteaquam percuſſiſſet AEgyptum, quando templum ingreſſus & deprædatus eſt vt legimus 1.Machab.1.v.22.vtrum autem id tertiò fecerit, ex dicendis patebit.

8. Hiſce animaduerſis exiſtimo in primis templum ab Antiocho ſpoliatum,aut ſaltem ſpoliari cœptum anno 143. Græcorum, vt docent Ioſephus lib.12.Antiquitatum cap.7. S.Hieronymus in cap.8. & 11. Dani. Euſebius in Chronico & auctores iam laudati. Nec dubium eſt, quin Epiphanes prius Ægyptum percuſſerit,quam ſacrilegos angues in templi ſupellectilem & theſauros inijceret,vt liquet 1.Mach.1.v 21. *Quando templum ſpoliatum ab Antiocho.*

9. Exiſtimo 2. Liuium biennij parachroniſmo minimè hallucinatum, de tempore, quo Legati Romanorum Antiochum Vrbi Alexandriæ imminentem cœptis deſiſtere coëgerunt:ſed eam legationem eo anno obitam quo cum Perſeo debellatum eſt, anno Græcor.143. ante Chriſt.168. ac proinde autumo cladem, lib.1.Machab. cap.1. verſ.22. & ſequentibus vſque ad 29. conſignatam, accidiſſe tempore medio inter primam & ſecundam irruptionem Antiochi in Ægyptum. Non enim apparet ratio, cur ibi ea clades recenſeretur, ſi in annum 145. incidiſſet: ſiquidem verſ.30. ſubtexuntur mala Judæis per Antiochi miniſtros illata, *poſt duos annos dierum*, ex quo ſcilicet Antiochus percuſſa Ægypto Ieroſolymam inuaſerat, vt auctores præcitati interpretantur. *An Liuius errarit in Chronologia.*

10. Obijciet quiſpiam:ex noſtra opinione, Antiochum bis hoſtilibus armis Jeroſolymam inuaſiſſe: nimirum anno Græcorum 143. & rurſus 145. Ego verò id malim admittere, quam biennij errorem Liuio impingere. Sicnim ad explicandas eiuſmodi apparentes antilogias, vni quandoque principi duplex initium regnandi conſignamus, vt conſtat ex dictis in libros Regum & docet Petauius lib.10.cap.25.nemini mirum videatur,ſi cum eodem Petauio duplicem aduentum Epiphanis furore amentis in Jeruſalem admittamus, præter illum,quo ab Jaſone magnificè fuerat exceptus, ne Chronologiam ſacram cum profana pugnare aſſeramus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17a



*Quo ſenſu Hieroſolyma dici poſſit bis ſpoliata.*

11. Duobus autem modis Ieroſolyma dici poteſt à Tyranno ſpoliata. Primò, ſi omnia templi ornamenta anno 143. Græcorum direpta, & rurſus anno 145. ſublata dicantur. *Secundò*, ſi pars calamitatis illius ad annum 143. pars ad 145. referatur. Priorem modum non probo ſed poſteriorem. Auctor lib. 1. Machabæorum totam eam calamitatem vno compendio conglomerat & temporis quo incepit notam imprimit: Auctor lib. 2. qui tam Chronicon quam rerum geſtarum epitomen exhibet, annum indicat, quo Antiochus præſens in Ieroſolymitas bacchatus eſt, nempe ſecundam expeditionem in Ægyptum, vt dicebam initio huius quæſtionis. Simili quandoque interpretatione ſacram Scripturam exponere ſolemus. 4. Regum 25. verſ. 8. Nabuzardan dicitur veniſſe Ieruſalem eamque ... dediſſe, ſeptima die quinti menſis: At Ieremiæ 52. verſ. 12. hoc factum ... die decima. Quia datum eſt huic facinori initium die ſeptima: finis ... decima. Vide notas in illud cap. 25 ver. 2. Pari modo 2. Paralip. 16. v. 1. ... negotium illud de Rama in textu Hebræo & Latino refertur ad annum ... regni Iuda ab Iſraele ſeparati: in Græco verò ad 38. Quia negotium ... Rama incepit Baaſa illo anno 36. ſed anno demum 38. cœpto deſiſtere ... ctus eſt.

12. Anno 145. duobus modis Antiochus in Iudæos ſæuijt. 1. præſens quando in Sanctuarium ingreſſus eſt, nefandis manibus ſacra vaſa ... uit, cædeſque ciuium exercuit. 2. Abſens per eos quos Ieroſolymis ... per Apollonium, ſiue per principem tributorum, quem poſt duos annos ... dæam miſit, quando v. g. idolum ſuper altare erexit &c. Quod 2. modo ... rannus poſt ſecundum bellum Ægyptiacum diuexarit Iudæos, teſtantur Au... ctores libri vtriuſque Machabæorum. Quod autem poſt bellum ſecundum anno 145. præſens idem facinus perpetrarit, auctor libri 2. ... auctor vero libri primi neque ait neque negat. Aſſerere poterat ... luit: rem ipſam retulit & primæ vicis Chronicam notam appoſuit ... gni Græcorum.

*Reſpondetur ad opiniones aliorum.*

13. Ad opiniones Serarij, Sanctij, Tornielli reſpondeo ciuitatem ... ab Epiphane præſente bis vaſtatam fuiſſe, nempe anno Græcorum 143. ... 584. Olymp. 152. Tertiò. Deinde rurſus anno Græcor. 145. Vrbis 586. ... 153. primo. Bellum poſterius non fuit finitum anno 143. Græcorum ... Liuius non errauit, quando victoriam de Perſeo inſcripſit anno Vrbis ... qui inijt anno ante Chriſtum 168. eclipſi Lunæ, quam pro concione ... tius Gallus imminente pugna Macedonica prædixerat, nobilitatam ... rarunt autem illi, qui vno anno tardius quàm nos æram regni Græcorum ... ſpicati ſunt: quo næuo cum non careant Annales Tornielli & Saliani ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bi ſæpius ab Euſebio ; hic etiam à Liuio vel inuiti abſtrahuntur.

14. Ex his ferè patet, quid de Sanctij interpretatione ſentiam. Fateor equidem præfectum tributorum in Iudæam elapſo biennio miſſum, poſtquam Antiochus ſpolijs Solymitanis onuſtus in patriam redierat, ſed prima vice: altera verò ſimilibus ſpolijs ſe implicuit, eodemque anno illum Fiſco præfectum in Iudæam amandauit, ex lib. 2. Machab. cap. 5. Quantum à Tornielli & Saliani calculis meæ rationes diſſideant, partim ex iam memoratis, partim ex tabulis annorum expanſorum colligere licet.

## CAP. IX. v. 1.

E*Odem tempore Antiochus inhoneſtè reuertebatur de Perſide.* Anno Græcorum 149. ineunte, iuxta ſupputationem lib. 1. Machabæorum interijt Antiochus. 1. Mach. 6. v. 16. Stylo autem lib. 2. tunc in medio ferè curſu erat annus Græc. 148. ad initium Veris anni ante Chriſtum 164.

## CAP. X. verſ. 5.

Q*Va die autem templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eadem die purificationem fieri, vigeſima quinta menſis, qui fuit* Caſleu. Vide notas in 1. Mach. ca. 4. v. 52. vbi hæc declarantur.

## CAP. XI. v. 21.

A*Nno centeſimo quadrageſimo octauo menſis Dioſcori die vigeſima & quarta.*

## QVÆSTIO IX.

### *Quis hic menſis, quis annus?*

1. SCaliger aſſerit hunc menſem fuiſſe intercalarem, eo quod nullus inter menſes Græc. vel Syrorum reperiatur; qui Dioſcorus nominetur. Verum quicquid ſit de antecedente; hanc illationem nutare, bene aduertit Serarius. Siquidem videmus dies & menſes embolymos, ordinarijs nominibus appellari; ſed iteratis, v. gr. biſſextus Calendas Martias, Adar prior & poſterior. Itaq; probabilius eſt, Dioſcorũ ſiue Diſcorinthium menſem eſſe vnũ ex Ordinarijs, qui plura nomina habeat, ſicut noſter Iulius quintilis & Auguſtus ſextilis nuncupatur. Bene etiam contra Scaliger. idem Serar. docet, hunc menſem nõ fuiſſe, poſt autumnũ brumali tempore intercalatũ. Quia non videtur probabile, tres ipſos menſes qui inde vſq; ad Xanthicum effluxerunt, in fœderis pactione conſumptos: cum & Iudæi & Lyſias eam pacem percuperent, neq; rex abeſſet longiſſimè. Adde hieme illa quæ hanc tractationem pacis præcedebat, Antiochum adhuc in viuis fuiſſe, prout ex dictis ſuo loco patet, nec admittit Scaliger.

*Non videtur hic menſis eſſe intercalaris.*

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17a



*Maſii & Saliani ſententia non improbabilis.*

Non puto tamen omnino abſurdam eſſe opinationem Maſij & Saliani,
arbitrantur menſem Dioſcorum fuiſſe embolimum, inter Dyſtrum & Xan-
thicum inſertum. Si tamen id negetur, non video, qua ratione poſſe effica-
ter ſuaderi.

*Non videtur hic eſſe menſis Iunius.*

2. Quiſnam inter menſes ordinarios, Dioſcori nomine ſignificetur,
bium eſt. Nonnulli Junium opinantur, vt ſanctus Thomas & Emmanuel
Verum id non patiuntur duæ rationes iam allatæ ex Serario contra Scrip-
rum. Pax enim de qua hic agitur, ſancita eſt menſe Xanthico in Vere,
paulo ante interijſſet Epiphanes, oriente anno Græcorum 149,
lib. 1. Machabæorum.

*An Peritius fuerit vel Audynæus.*

3. Petauius lib. 10. cap. 53. putat fuiſſe Peritium, vel Audynæum,
nuario Februarioue initium habuiſſe, viuente adhuc Epiphane,
anno 148. Græcorum, vtriuſque epochæ. In quo illi non omnino
ſentior: licet enim fatear hanc epiſtolam ſcriptam anno ante Chriſti
cham 164. quando in Ianuario & Februario fluebat annus 148.
pochæ regni Græcorum: videtur tamen mihi creditu difficile epiſtolam
ſtud Lyſiæ Iudæis datum, viuo Epiphane. In eo enim verſ. 18.
quit Lyſias, *ad regem potuerunt perferri, expoſui, & quæ res permanebat,*
Hæc autem de rege Epiphane non videntur intelligenda, cum hiſtoria
indicet, Iudæos antequam hæc epiſtola exararetur, mortuo Epiphane
xiſſe, & ex illius copijs deleuiſſe vndecim millia peditum & equitum
ſexcentos. 2. Mach. 11. verſ. 11. Quæ cauſa fuit, vt Lyſias Iudæis pacem
ret, quam Machabæus acceptauit, atque ad Lyſiam literas ea de re
*quæcunque Machabæus ſcripſit Lyſiæ de Iudæis, ea rex conceſſit,* vtique Eupatore
enim ſub eo geſtas, auctor huius libri auſpicatur cap. 10. v. 10. *Nunc*
*de Eupatore Antiochi impij filio, quæ geſta ſunt narrabimus.* Neque arbitror
temporis huic fœderi pangendo fuiſſe impenſum, vt Lyſias ad Antiochum
longe diſtantem poſſet habere recurſum.

*An idem cum Xanthico.*

4. Serarius & Sanctius, quorum in ſententiam magis propendeo,
tumant menſem Dioſcorum eundem eſſe, cum eo qui alias Macedonibus
Xanthicus nominatur. Addit Serarius hunc menſem forte fuiſſe
Corinthium: quia, inquit, vt ex Demoſthenis oratione de Corona
gitur, Corinthij ſolebant in menſium appellationibus Græcos alios
vt qui ab alijs diceretur *Loos* aut *Boëdromion*, ab ipſis *Panemus*,
pud alios *Loo & Boedromione* prior eſt; appellaretur. Datum
tur hoc epiſtolium die vigeſimo quarto menſis Xanthici poſt duas
toris & Romanorum ad Iudæos epiſtolas; hoc capite recenſitas;
men auctor huius libri, Lyſiæ, quam aliorum epiſtolas

ea narrare cœpiſſet, quæ pacis huius conciliandæ cauſa, Lyſias egerat, voluit continenter attexere quæ ille ipſe per literas effecerat, priuſquam recenſeret, quæ de hoc negotio Eupator & Romani ſcripſiſſent. Et hæc de menſe Dioſcoro.

*Quando ſit diſcrepantia in Seleucidarum annis Iudaicis & Antiochenis Alexādreiſque.*

5. De anno maiorem eſſe difficultatem putat Serarius: quod verum eſt in eorum Chronographia, qui epocham regni Græcorum ad annum ante æram Chriſti 311. affixerunt. In noſtra autem ſententia res eſt plana & facilis, prout ſupra q.1. declarauimus, & breuiter habet Serarius: *Dicendum*, inquit, *& Epiphanis mortem & Eupatoris regni auſpicium; adeoque prælium & fœdus hoc incidiſſe in Seleucidarum annum Iudaicum*, 149. *qui erat idem Antiochenus, & Alexandrinus* 148: æra Iudaica vtitur auctor libri 1. Machabæorum; Antiochena auctor libri ſecundi. Addit idem auctor hanc regulam generalem conformem doctrinæ quam tradebam q.1. in hoſce libros num. 10. Quando quippiam in Græcorum ſiue Seleucidarum anno narratur, quod ſemeſtri æſtiuo, ſiue prioribus ante Tiſri ſex menſibus accidit, ſemper in Seleucidarum annis Iudaicis, & Antiochenis Alexandreiſque diſcrepantia eſt, & anno vno ſemper iſtos illi ſuperant. Quando vero quippiam poſt Tiſri geſtum narratur altero anni ſemeſtri hiberno ſcilicet, ſunt ijdem anni, vſque ad ſequentem Niſan concordes. Conſentit Salianus ad annum mundi 3891. num. 79. vbi æram libri 1. Machabæorum, vocat Iudaicam: libri vero ſecundi Syriacam: vnde bene deducit totis ſex menſibus numeraſſe Iudæos annum 149. cum Syri adhuc 148. numerarent. Ex quo etiam intelligitur inquit, intra iſtos æſtiuos menſes, tam mortem Antiochi & promotionem Eupatoris in regnum, quam hæc prælia & præſens fœdus in Machabæum & Eupatorem contigiſſe. Hæc ille: nec malè.

*Alia interpretatio Sāctii quæ non probatur quo ad exempla.*

6. Aliam interpretationem affert Sanctius 2. Machab. 11. v. 21. vbi ait, in Scriptura ſacra, annum inceptum interdū nominari, pro integro, interdum omitti. Quod verum eſſe, fateor: exempla verò, quibus id confirmat, mihi non probantur. Prius eſt. Nabuchodonoſor veniſſe dicitur in Ieruſalem anno 4. Ioackim. Ierem. 25. id anno 3. tribuitur Dan. cap. 1. *Venit*, inquit Sanctius, *anno 4. inchoato, qui à Daniele omiſſus & à Ieremia pro integro numeratus eſt*. Alterum exemplum, Sedecias abductus dicitur anno 8. Nabuchodonoſoris. Ierem. 52. Sed lib. 4. Reg 24. anno ſeptimo. Vide notas in præcitata ſcripturæ loca, quæ longè aliter expoſuimus. Subiungit Sanctius Epiphanem obijſſe anno 149. Græc. tantum inchoato, quem auctor lib. 1. pro integro numerauerit; auctor lib. 2. quia imperfectum omiſerit; eo autem anno, qui 148. dici poterat, veniſſe Lyſiam in Ieruſalem. Verum iſta expoſitio, non habet hîc locum: annus enim qui literis inſcribitur, non tranſactus, ſed currens intelligitur, maximè, quando dies adijcitur, vt hîc 24. Dioſcori: quo die, ſi iam mortuus erat Epipha-

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17 a



nes, falsò eius interitum auctor lib. 1. ſignauit. anno Græcorum 149 ... duas epochas admittamus, illis verò admiſſis, res eſt expedita.

*Hæc fœderis pactio alia ab eâ quæ 1. Machab 6. recenſetur.*

7. Nequid autem ambiguitatis reſidiuum ſit, meminiſſe oportet contra Scaligerum, fœderis pactionem, de qua hîc agitur, diuerſam eſſe ab ea, quæ 1. Machab. 6. recenſetur, quod bene aduertunt plerique recentiorum, ... rarius, & Petauius, cum Gorionide, vt q. 1. monebam, quibus aſſentiuntur Tornellius & Salianus, dum priorem iſtam referunt ad annum mundi ... poſteriorem ad 3892. Mihi prior incidit in annum mundi 3877, poſterior in ...

## CAP. XI. v. 33. & 38.

A*Nno centeſimo quadrageſimo octauo Xanthici menſis quintadecima die.* ... annus inierat anno ante Chriſtum 165. ſub autumnum: hæ vero ... ſcriptæ ſunt in Vere anni ante Chriſtum 164. cùm iam iniſſet annus Græcorum æræ prioris 149. à menſe Niſan. Eodem anno, menſe, die, etiam Legati Romanorum ad Iudæos ſcripſerunt, prout hoc capite notatur verſ. 38. ... necdum aduenerat annus ſabbaticus, & Eupator aberat Ieroſolymis: ... vt legimus cap. 12. huius libri verſ. 1. *his factis pactionibus Lyſias pergebat ad regem, Iudæi autem agriculturæ operam dabant.* vt ſcilicet annonam colligerent ... cem ante ann. ſabbaticum proximo autumno initurum. Anno vero ſequenti, hoc eſt, ante Chriſtum 163. circa menſem Xanthicum, & per æſtatem ... quentem labebatur annus ſabbaticus, ac ideirco, in Iudæa cultus agrorum nullus erat.

## CAP. XIII. v. 1.

A*Nno centeſimo quadrageſimo nono, cognouit Iudas Antiochum Eupatorem* ... *cum multitudine, aduerſus Iudæam.* Hæc geſta ſunt anno ante Chriſtum ... labente anno iſto Græcorum 149 æræ libri poſterioris; æræ verò prioris centeſimo quinquageſimo iam currente; anno legali ſabbatico iam ad finem vergente, vt patet lib. 1. Machab. cap. 6. Nam paulo hanc Eupatoris expeditionem, Iudæi hoſtes ſuos, qui erant Macedonum Ieroſolymitana obſidione ... anno centeſimo quinquageſimo, vt ibidem legitur verſ. 20. cuius rei ... nuncio, Eupator iratus hoc bellum ſuſcepit. ibid. verſ. 28. & ſequentibus, eaque geſſit, quæ reliqua parte illius cap. 6. & hoc toto cap. 13. enarrantur. Tandem altera vice fœdus cum Iudæis pepigit, de quo hic verſ. 23. & 24. ... mox fidem datam prodidit, & *rupit citius iuramentum, quod iurauit, & mandauit deſtruere murum in gyro.* lib. 1. cap. 6. v. 62.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## CAP. XIV. v. 1.

*Sed poſt triennij tempus cognouit Iudas, & qui cum eo erant Demetrium Seleuci &c. aſcendiſſe ad loca opportuna.* Hoc triennium non computatur ab rebus geſtis cap. 13. iã commemoratis. Icto enim fœdere cum Iudæis Eupator Antiochiam reuerſus eſt, anno Græcorum 150. æræ libri prioris, & mox Demetrius ad regnum euectus eſt anno 151. eiuſdem æræ, vt habet lib. 1. Machab. cap. 7. verſ. 1. vide notas in eum locum. Commodè verò triennium iſtud ſupputatur ab obitu Epiphanis, vt docent Hugo, Lyranus, Serarius in hunc locum, Salianus ad annum mundi 3893. numer. 11. Torniellus ibidem, numer. 1. vbi tamen putat deduci poſſe à templo purgato. Qui tamen tres anni non fuerunt expleti: Epiphanes enim interijt ſub medium anni 148. Græcorum æræ poſterioris. Tum effluxit annus 149. & pars centeſimi quinquageſimi eiuſdem æræ, quo anno Alcimus venit ad regem Demetrium *offerens ei coronam auream &c.* vt legimus hoc cap. verſu 4. Itaque Iudas hic dicitur certior factus de aduentu Demetrij poſt triennium eo ſenſu, quo Chriſtus dici ſolet poſt tres dies reſurrexiſſe.

Verſ. 4. Alcimus *venit ad regem Demetrium centeſimo quinquageſimo anno, offerens ei coronam & palmam &c.* Hic annus 150. Græcorum erat æræ poſterioris: æræ vero prioris centeſimus quinquageſimus primus à menſe Niſan inchoatus, currente anno ante Chriſtum 162. Vide notas 1. Machabæorum 7. verſ. 1.

## CAP. XV. v. 37.

*Habere autem celebritatem tertia decima menſis Adar)* Vide notas in lib. 1. Machab. cap. 7. verſ. 43. vbi dicebam hanc victoriam de Nicanore Iudæos retuliſſe, circa 5. Martij, anno 160. ante vulgarem epocham Chriſti, cui laus, honor, gloria in æternum, Amen.

Hiſce Quæſtionibus & Notis finis impoſitus, feria 3. Paſchatis: Anno æræ vulgaris Chriſti 1636. die 25. Martij, B. Virgin. Annunciatæ ſacro. Epacta 23. Lit. Dom. F. E. ſtylo Gregoriano.

Æræ mundi Conſt. ſepties milleſimo centeſimo quadrageſimo quarto. Periodi Iulianæ ſexies milleſimo trecenteſimo quadrageſimo nono. cyclo Solis 21. Lunæ 3. Indict. 4.

Ab orbe condito vt arbitror, quinquies milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſexto, ineunte.

Iudai e

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Teſtamenti
A IV
17a



Iudaici computus quinquies milleſimo trecenteſimo nonageſimo [illegible] die 18. Adar poſterioris, vt Iudæi moderni notant: quos integro non hallucinari puto.

A tranſacto diluuio quater milleſimo viceſimo inſtante.

A nato Abrahamo, ter milleſimo ſexcenteſimo triceſimo octauo.

A promiſſione Abrahæ facta ter milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo, vel ineunte vel inſtante.

A deſcenſu Iſraël in Ægyptum ter milleſimo trecenteſimo quadrageſimo octauo.

Ab egreſſu filiorum Iſrael ex Ægypto ter milleſimo centeſimo triceſimo tertio. Ab initio Legalis agriculturæ ter milleſimo octuageſimo ſexto. Sem[illegible] ſexto.

A fundato templo Salomonis bis milleſimo ſexcenteſimo, quinquageſimo quarto.

Ab initio regni Iſraëlis bis milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimo.

A reſtauratis Olympiadibus bis milleſimo quadringenteſimo vndecimo deſinente, ſiue tertio Olymp. ſexcenteſimæ tertiæ.

Vrbis conditæ bis milleſimo trecenteſimo octuageſimo octauo exſpi[illegible] Monarchiæ Perſarum bis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quarto [illegible]nente.

A templo ſecundo bis milleſimo centeſimo quinquageſimo quinto. Monarchiæ Græcorum milleſimo nongenteſimo ſexageſimo ſexto. Regni [illegible]corum milleſimo nongenteſimo quadrageſimo octauo.

Anno Iuliano milleſimo ſexcenteſimo octuageſimo primo die 15. Martij Lit. Dom. C.B. Feria 3. poſt Dominicam 2. Quadrageſimæ, ſtylo veteri.

Æra milleſima ſexcenteſima nonageſima quarta.

Monarchiæ Rom. milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo quinto.

Imperij Ferdinandi II. decimo octauo.

Ferdinandi III. regni Hungarici duodecimo, Bohemici decimo, Romani primo.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

| Poli Eleuat. | Arcus Max. Semid. H. | M. |
|---|---|---|
| 40 | 7 | 26 |
| 41 | 7 | 30 |
| 42 | 7 | 32 |
| 43 | 7 | 36 |
| 44 | 7 | 39 |
| 45 | 7 | 43 |
| 46 | 7 | 47 |
| 47 | 7 | 51 |
| 48 | 7 | 56 |
| 49 | 8 | 0 |
| 50 | 8 | 5 |
| 51 | 8 | 10 |
| 52 | 8 | 15 |
| 53 | 8 | 22 |
| 54 | 8 | 27 |
| 55 | 8 | 34 |
| 56 | 8 | 40 |
| 57 | 8 | 48 |
| 58 | 8 | 56 |
| 59 | 9 | 5 |
| 60 | 9 | 16 |
| 61 | 9 | 27 |
| 62 | 9 | 39 |
| 63 | 9 | 54 |
| 64 | 10 | 12 |
| 65 | 10 | 35 |
| 66 | 11 | 10 |
| 66 | 12 | 0 |

# Longitudines & Latitudines aliquot locorum, ex Clauio.

| | Longitudo G. | M. | Latitudo G. | M. |
|---|---|---|---|---|
| Alba Græca. | 45 | 0 | 47 | 40 |
| Alexandria Ægypti. | 60 | 30 | 30 | 0 |
| Ambianum. | 23 | 30 | 49 | 50 |
| Ambſterdam. | 27 | 34 | 52 | 40 |
| Antuerpia. | 24 | 30 | 51 | 48 |
| Argentina. | 20 | 50 | 48 | 44 |
| Argentei flu. oſtia. | 235 | 0 | 35 | 0 |
| Babylon Chaldæorum. | 83 | 10 | 33 | 50 |
| Buda. | 42 | 0 | 47 | 0 |
| Calicut. | 112 | 0 | 17 | 0 |
| Calitz Hiſpan. | 5 | 10 | 37 | 0 |
| Cracouia. | 32 | 40 | 50 | 12 |
| Conſtantinop. | 56 | 0 | 43 | 5 |
| Cuba Inſula. | 205 | 0 | 22 | 0 |
| Goa. | 115 | 10 | 17 | 0 |
| Hiſpalis. | 7 | 15 | 37 | 0 |
| Hur Chald. | 78 | 30 | 32 | 40 |
| Iaponia. | 204 | 15 | 36 | 10 |
| Ieruſalem. | 66 | 0 | 31 | 40 |
| Lima in Peru. | 280 | 15 | 12 | 10 |
| Lisbona. | 5 | 10 | 39 | 38 |
| Londinum. | 20 | 0 | 52 | 30 |
| Meaco. | 204 | 5 | 36 | 10 |
| Mexico. | 182 | 10 | 20 | 20 |
| Moſcouia. | 75 | 10 | 61 | 15 |
| Noriberga. | 31 | 30 | 49 | 30 |
| Nancæum. | 28 | 45 | 49 | 20 |
| Narbona. | 21 | 0 | 43 | 0 |

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17°



| | | |
|---|---|---|
| 3 | 3 | 9 |
| | 4 | 12 |
| | 5 | 15 |
| | 6 | 18 |
| | 7 | 21 |
| | 8 | 24 |
| | 9 | 27 |
| 4 | 4 | 16 |
| | 5 | 20 |
| | 6 | 24 |
| | 7 | 28 |
| | 8 | 32 |
| | 9 | 36 |
| 5 | 5 | 25 |
| | 6 | 30 |
| | 7 | 35 |
| | 8 | 40 |
| | 9 | 45 |
| 6 | 6 | 36 |
| | 7 | 42 |
| | 8 | 48 |
| | 9 | 54 |
| 7 | 7 | 49 |
| | 8 | 56 |
| | 9 | 63 |
| 8 | 8 | 64 |
| | 9 | 72 |
| 9 | 9 | 81 |

| | Longitudo | | Latitudo | |
|---|---|---|---|---|
| | G. | M. | G. | M. |
| Nickolſpurg. | 35 | 0 | 49 | [illegible] |
| Ormus. | 92 | 0 | 19 | [illegible] |
| Paris. | 24 | 30 | 48 | [illegible] |
| Philippinæ Inſulæ. | 170 | 10 | 12 | [illegible] |
| Praga. | 59 | 15 | 50 | [illegible] |
| Roma. | 36 | 30 | 41 | [illegible] |
| Taprobana. | 157 | 10 | 0 | [illegible] |
| Treuiris. | 26 | 0 | 49 | [illegible] |
| Vienna Auſtr. | 37 | 41 | 48 | [illegible] |
| Vratislauia. | 40 | 0 | 51 | [illegible] |
| Vienna Galliæ. | 23 | 0 | 45 | [illegible] |
| Villacum. | 36 | 35 | 46 | [illegible] |
| Venetiæ. | 34 | 0 | 45 | [illegible] |
| Vilna. | 52 | 0 | 53 | [illegible] |
| Verdunum. | 25 | 30 | 47 | [illegible] |
| Verona. | 33 | 0 | 44 | [illegible] |
| Theſſalonica. | 49 | 50 | 46 | [illegible] |
| Toletum. | 10 | 0 | 40 | [illegible] |
| Stockholma Sueuiæ. | 47 | 0 | 60 | [illegible] |
| Salisburgum. | 35 | 40 | 47 | [illegible] |
| Ratisbona. | 32 | 15 | 48 | [illegible] |
| Paſſauium. | 33 | 50 | 48 | [illegible] |
| Pampilona. | 20 | 10 | 43 | [illegible] |
| Olomutium. | 41 | 0 | 49 | [illegible] |
| Niniue. | 78 | 0 | 36 | [illegible] |
| Monachium. | 32 | 50 | 48 | [illegible] |
| Mediolanum. | 31 | 0 | 45 | [illegible] |
| Louanium. | 20 | 36 | 51 | [illegible] |
| Cuchina Indiæ. | 123 | 0 | 15 | [illegible] |

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INDICVLVS

# LOCORVM S. SCRIPTVRÆ,

## IN LIBROS MACHABÆOR.

### Ex Lib. I.

Cap.I.v.I. *Poſtquam percuſsit Alexander Philippi Macedo &c. Darium Regem Perrum & Medorum. pag.* 31
v.8. *Regnauit Alexander annis duodecim, & mortuus eſt.* ibid.
v.11. *Et exijt ex eis radix peccatrix Antioch. illuſtris, filius Ant. Reg. qui fuit Romæ obſes.* ib.
v.21. *In centeſimo & quadrageſimo anno.* 32
v.30. *Et poſt duos annos dierum, miſit rex principem tributorum.* 33
v.57. *Die decima quinta menſis Casleu, quinto & quadrageſimo & centeſimo anno ædificauit rex Antiochus abominandum Idolum abominationis ſuper altare Dei.* ibid.
v.62. *Et quinta & vigeſima menſis, ſacrificabant ſuper aram.* ibid.
Cap.2.v.1. *In diebus illis ſurrexit Mathathias.* ibid.
v.70. *Et defunctus eſt anno centeſimo quadrageſimo ſexto.* ibid.
Cap.3.v.37 *Et exiuit ab Antiochia ciuitate regni ſui anno 147.* 34
Cap.4.v.28. *Et ſequenti anno congregauit Lyſias virorum electorum 60. millia.* ibid.
v.52. *Et ante matutinum ſurrexerunt, quinta & vigeſima die menſis noni (hic eſt Casleu) centeſimi quadrageſimi octaui.* ibid.
Cap.6.v.16. *Et mortuus eſt ibi Antiochus rex, annno centeſimo quadrageſimo nono.* ib.
v.20. *Et obſederunt eos anno centeſimo quinquageſimo.* 35
v.53. *Eſcæ non erant in ciuitate, eò quod ſeptimus annus eſſet.* ibid.
Cap.7.v.1. *Anno centeſimo quinquageſimo exijt Demetr. Seleuci F. ab vrbe Roma.* ibid.
v.43. *Et commiſerunt exercitus in prælium tertia decima die menſis Adar.* ibid.
Cap.9.v.3. *In menſe primo anni 152. applicuerunt caſtra ad Ieruſalem.* ibid.
v.54. *Et in anno centeſimo quinquageſimo tertio, menſe ſecundo præcepit Alcimus deſtrui muros domus ſanctæ interioris.* 36
v.57. *Et vidit Bacchides, quando mortuus eſt Alcimus &c. & ſiluit terra duob. annis.* ib.
Cap.10.v.1. *Et anno 160. aſcendit Alex. Antiochi F. qui cognominatus eſt Nobilis.* ib.
v.21. *Et induit ſe Ionathas ſtola ſancta, 7. menſe anno 100. in die ſollēni Scenopegiæ.* ibid.
v.57 *Et venit* (Ptolemæus) *Ptolemaidem anno centeſimo ſexageſimo ſecundo.* 37
v.67. *In anno 165. venit Demetrius F. Demetrij à Creta in terram patrum ſuorum.* ibid.
Cap.11.v.19. *Et regnauit Demetrius anno centeſimo quadrageſimo ſeptimo.* ibid.
Cap.13.v.41. *Anno centeſimo ſeptuageſimo, ablatum eſt iugum gentium ab Iſrael.* ibid.
v.51. *Et intrauerunt in eam tertia & vigeſima die ſecundi menſis, anno 171.* ibid.
Cap.14.v.1. *Anno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo &c. abijt in Madiam.* 38
v.27. *Octaua decima die menſis Elul, anno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo, anno tertio ſub Simone ſacerdote magno &c. nota facta ſunt hæc.* ibid.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17a

## INDICVLVS.

CAP.15.v.1. *Anno* 174. *exijt Antiochus in terram patrum ſuorum,*

CAP.16.v.14.& 16. *Simon deſcendit in Iericho, ipſe & Mathathias filius eius, Iu-*
*das &c. & occiderunt eum, & duos filios eius.*

---

## Ex Lib. II.

CAP.1.v.7. *Regnante Demetrio, anno* 169. *nos Iudæi ſcripſimus in tribulatione,*
v.9. *Frequentate dies Scenopegiæ menſis Casleu.*
v.10. *Anno centeſimo octogeſimo octauo.*

CAP.2.v.10. *Sicut & Moyſes orabat ad Dominum, & deſcendit ignis de cœlo &c.*

CAP.3.v.3. *Ita vt Seleucus Aſiæ rex, de reditibus ſuis præſtaret omnes ſumptus ad mini-*
*ſterium ſacrificiorum pertinentes.*

CAP.4.v.23. *Et poſt triennij tempus miſit Iaſon Menelaum.*

CAP.5.v.12. *His itaque geſtis &c. profectus ciuitatem armis cepit.*

CAP.9.v.1. *Eodem tempore Antiochus inhoneſtè reuertebatur de Perſide.*

CAP.10.v.5. *Qua die templum ab alienigenis pollutum fuerat &c.*

CAP.11.v.21. *Anno centeſimo quadrageſimo octauo, menſis Dioſcori, die* 24.

CAP.11.v.33.& 38. *Anno centeſimo quadrageſimo octauo Xanthici menſis* 15. *die.*

CAP.13.v.1. *Anno centeſimo quadrageſimo nono, cognouit Iudas Antiochum Eupatorem*
*venire cum multitudine aduerſus Iudæam.*

CAP.14.v.1. *Sed poſt triennij tempus cognouit Iudas, & qui cum eo erant, Demetrium*
*Seleuci aſcendiſſe ad loca opportuna.*

CAP.15.v.37. *Habere autem celebritatem tertia decima menſis Adar.*

---

## INDICVLVS QVÆSTIONVM,

In duos Lib. Machabæor.

I. *QVomodo anni regni Græcorum in hiſce Libris recenſiti, cum æra Chriſti congruant.*
II. *Quanam ratione, dies & menſes Hebræi hiſce Libris notati ad dies & menſes*
*Romanos ſtylo Iuliano reuocentur.*
III. *De ſucceſſione regum AEgypti, à morte Alexandri M. vſque ad interitum Cleo-*
*patræ.*
IV. *De ſucceſſione regum Syriæ, poſt mortem Alexandri Magni,*
V. *De Mathathia & filijs eius Machabæis.*
VI. *Quando regnauerit iſte Demetrius.*
VII. *Vnde ſupputetur iſte annus* 188.
VIII. *Quo tempore Antiochus Epiphanes vaſtarit Ieruſalem.*
IX. *Quis hic menſis Dioſcorus, quis annus?*

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN